





1. Gerlachij s' Steph. diff.  
de persona seruatoris Christi  
Tubingae 1577 diff.

2. Germarij Salani s' diff. de  
quadruplici homini con-  
federatione, Wittcb. 1596.

3. \_\_\_\_\_ diff. Due de  
Arlecia trouwphantie in  
Coeli. Wittberge 1595.

4. \_\_\_\_\_ diff tres de Turra.  
Wittcb. 1595.

5. \_\_\_\_\_ diff. de commu-  
nicatione idematum reali'  
Wittberge 1596.

96

# PRO SANCTISSIMO LIBRO CHRISTIANÆ CONCORDIAE.

## DISPUTATIO DECIMA SEXTA quæ est de Prædestinatione sanctorum prima, Trium capitum.

- I. An ē quomodo de Prædestinatione sit disputandum.
- II. De vocabulis Electionis, Prædestinationis, vocationis, Volunta-  
tis, consilij, decreti, reprobationis, permissionis, desertionis.
- III. Quid sit Prædestinatus & quæ ad integrum eius definitio-  
nem requirantur.

De quibus  
**PRÆSIDE SALOMONE GESNERO,**  
S. Theologiæ D. & Professore, ad diem VI. Iunij

Anno 1595.

Respondebit publicè

**M. IOHANNES KAFFMANNVS**  
Norimbergensis, Diaconus Ecclesiæ VVittebergensis.



ia

VVITEBERGAE,  
Typis Zachariae Lehmanni Anno M. D. XCV.

PRO SANCTISSIMO

PRAEARIO CHRISTIAE

CONCORDIA

ATX SE DE CIMA SEXTA 1521 D

Præatio Christiaæ Concordia

Concordia et unitas

11



LIBRARIUS  
M. D. XC.

Pro Sanctissimo libro Christianæ  
Concordiæ.

*Hinc est objectione  
ex ratiōnē sicutationis  
r̄iſcripta in foro Theo  
ab invito  
Hannij de praece*  
**Disputatio Decima sexta, quæ est de aeterna praedestinatione & electione sanctorum ad vitam aeternam primā.**

**Trium capitum.**

- I. *An & quomodo de praedestinatione sit disputandum.*
- II. *De vocabulis electionis, praedestinationis vocationis voluntatis, consilij, decreti, reprobationis, permissionis, desertionis.*
- III. *Quid sit praedestinatio, & quæ ad integrum eius definitiōnem requirantur.*

**Caput Primum in quo explicantur causæ, propter quas de Praedestinatione disputandum, & simul methodus & limites huic disputationi figuntur.**

**Quæstio Prima: an disputandum, ἀποφαίνως.**

**Thesis I.**

**N**decimum locum in articulis libri Christianæ concordiæ obtinet caput de aeterna praedestinatione & electione Dei, quod nunc etiam sub analysis vocandum erit.

1. Occurrit autem Principio illa quæstio, an de praedestinatione aliqua sit suscipienda disputatio? Quod enim perpeccio inuoluendum sic silentio tacitacq; suspiciendum veneratōne. Praedestinationis mysterium id sequentes rationes flagitate videntur.
2. Primū respeccu Dei siquidē consilia ipsius inscrutabilia sunt. <sup>1. Cor. 2. 11.</sup> Ea enim quæ Dei sunt nemo novit nisi Spiritus Dei; Cum quonā <sup>Es. 40. 8.</sup>

A 2

homis

**Sap. 9.13.** hominum aut angelorum Deus iniit consilium? Et quis homi-  
**Iob. 41. 5.** num potest scire consilium Dei, aut quis poterit cogitare, quid  
velit Deus? Portas vultus divini quis aperiet? per gyrum  
dentium eius formido. Vnde diuisus Apostolus, qui in tertio  
cœlo fuerat, & reuelationes stupendas viderat, exclamat: O pro-  
**Rom. 11. 33.** funditatem diuitiarum, sapientiae & cognitionis Dei, quam ins-  
scrutabilia sunt consilia eius, quam inpervestigabiles sunt viæ  
eius? Quis enim cognovit mentem Domini, aut quis consilia-  
rius eius fuit?

**4.** Deinde si nos ipsos consideremus, obstat huic inquisicio-  
ni nostri ingenij imbecillitas & intellectus in rebus diuinis cæ-  
citas. Cogitationes enim mortalium timidæ & incertæ erit vox  
**Sap. 9. 14.** intelligentiae nostræ. Corruptibile enim corpus aggrauat ani-  
mam, & onerat terrena habitatio mentem multa cogitantem. Et  
vix imaginamur, quæ in terra & quæ in manibus ibuenimus  
cum labore: quæ autem in cœlis, quis investigavit.

**5.** Vnde sapiens ille nos hortatur: Difficiliora te ne quæras  
**Syra. 3. 22.** (ἀρεσθῆτας) sine sensu, & fortiora te ne exquiras cum stultitia.  
Quæ præcepta sunt tibi hæc cogita sancte, non enim est tibi opus  
occulta videre oculis. Idemq; Salomon indicat: Mulum mellis  
**Prou. 25. 27.** comedere non est bonum: & investigatio rerum difficultum gra-  
uiss et difficilis.

**6.** Deniq; plurimis incommodis ea disputatio partim apud  
**Augustin.** nos partim apud auditores obnoxia est, quod Augustinus testa-  
**lib. 2. de** tur, cuius hæc sunt verba: Sed aiunt, neminem posse correptis  
bono per- seuerantia suis stimulis excitari, si dicatur in conuentu Ecclesiæ audientibus  
**cap. 15.** multis: Ita se habet de prædestinatione definita sententia vos  
Prædesti- luntatis Dei, ut alij ex vobis de infidelitate, accepta obediendi  
nationis voluntate, veneritis ad fidem, vel accepta perseverantia, manca-  
doct: ina- seddit aut tis in fide: cæteri vero, qui in peccatorum delectatione remora-  
securos. mini, ideo nondum surrexisti, quia nec dum vos adiutorium  
aut despes- gratia: rantes.

gratiae miserantis erexit. Veruntamen si qui estis necdum vocati, quos gratia sua prædestinaverit eligendos, accipietis eandem gratiam, qua velitis & sitis electi. Et si qui obæditis, si prædestinati estis reiiciendi, subirahentur obœdiendi vires, ut obædirecessetis.

7. Ex quibus verbis intelligitur, quod prædestinationis doctrina proposita populo vel securitatem inducat improbis, uel ad desperationem adigat pavidos & consternatos animos. Quemadmodum idem Episcopus exemplo idipsum confirmat: Fuit Augustinus quidam, inquit, in nostro monasterio, qui corripientibus fratribus, cur quædam non facienda ficeret, et facienda non faceret, respondebat: qualiscunq; nunc sim, talis ero, qualem me Deus futurum præscivit.

8. Reperiuntur sane non pauci, qui eiusmodi rationibus mortici censent tutius esse de profundo hoc mysterio prædestinationis divinæ proorsus silere, quam quicquam vel disputare vel concionari.

Katasthevasināσ.

9. Verum isti rem parum accurate perpendunt. Nam quod ad primam rationem attinet. Sunt quidem consilia Dei inscrutabilia humani ingenij acumine. Id quod sapientia ipsa docet: sensum autem tuum Domine, quis scieret, nisi tu dederis sapientiam, & misericordiam Spiritum sanctum tuum de altissimis. Et sic coram, & misericordia sunt semitæ eorum, qui sunt in terra, & placentia tibi docti fuerunt homines. Et sapientia saluati sunt,

Quasi 2. Vnde sumenda disputatio.

10. Valet igitur in hac disputatione illud Pictauorum episcopi pulcherrimum pronunciaium. Non est de diuina prædestinatione humanis iudicijs sentiendum. Neq; enim nobis ea natura est, ut se in cœlestem cognitionem suis viribus efferat. A Deo discendum est, quid de Deo Dei voluntate intelligendum sit. Quia Deus non nisi Deo autore cognoscitur. Quoniam igitur impossibile erat sine Deo discere Deum, per verbum suum doceat homines scire Deum.

11. Iam quod ad secundam attinet obiectionem, libenter fa-  
1. Cor. 13. 12. temur, nos totum hoc profundum per vestigare in hac vita mi-  
nime posse. Videmus enim nunc per speculum in ænigmate,  
tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc au-  
tem cognoscam, sicut etiam cognitus sum.

**Quantum de Electio** 12. Quantum itaq; nobis in hoc arcano per Verbum Dei  
ne docens reuelatum est, profitemur, reliqua in transmundanam Academis  
dum. am servamus, ubi coram divina omnia contemplabimur.

**Ambrosius** 13. Media etenim inter oscitantiam & audaciam via ingredi-  
**libre, i. de** debemus Nam quæ Deus occulta esse uoluit, non sunt scrutans-  
**Vocatio** ne gent. da : quæ autem manifesta fecit, non sunt neganda. Ne in illis  
**cap. 7. &** illicite curiosi, & in istis damnabiliter inveniamur ingraui, ut  
**Damasc.** lib. 1. orth. Mediolanensiū doctor olim in præsente negotio pronunciauit.  
**Ad, cap. 2.**

14. Ac ut hæc de toto isto Prædestinationis articulo vera  
sunt, ita certum est, multas esse ad rem præsentem pertinentes  
quæstiones, quæ satis explicari & euolui nec possunt nec debent,  
in quibus meminisse debemus sapientissimæ sententiæ Gratiani  
Imperatoris, qui de sancta Trinitate ita statuit : De mysterio  
sanctæ Trinitatis loquimur, non quantum volumus, sed quan-  
tum libenter vellemus. Ita nos de tremendo arcano divinæ Præ-  
destinationis disseremus non quantum curiositas humani cordis  
desiderat, sed quantum dicere Spiritus sanctus in Verbo supa-  
pediat.

15. Ad incommoda venio, quæ non ex veræ doctrinæ expli-  
catione, sed eiusdem obscuratione & perversione oriuntur. Nam  
sermo crucis Christi ijs, qui pereunt, stultitia est, nobis autem,  
qui servamur, virtus dei. Doctrina etenim prædestinationis reve-  
ra Synopsis & compendium est totius doctrinæ cœlestis, Euangeliij &  
Rom. 1. legis summam nobis ab oculis proponens. Cum vero  
euangelium sit potentia Dei ad salutem omni credenti, non po-  
terit non & Prædestinationis explicatio eandem vim obtinere.

**Quæstio 3. Quid profit hæc disputatio.**

**2. Vtus**

I. *Vsus disputationis πρὸς ἐπανόρθωσιν καὶ παγδίας.*

16. Si enim quis putet prædestinationis doctrina homines à Prædesti-  
studio pietatis retrahi & in exercitijs fidei segnes reddi , ille audiat quid Petrus dicat : Ideo potius, fratres, operam date , ut adhortari uocationem & electionem vestram firmam faciatis. Hoc enim facientes non impingetis unquam.

17. Et gravissime Augustinus : Sicut ille, quem castum futurum Deus præscivit, agit ut castus sit : ita ille , quem castum futurum prædestinavit, non ideo non agit, ut castus sit, quoniam Dei dono audit se futurum esse, quod erit, imo etiam gaudet eius charitas , nec inflatur, tanquam non acceperit. Non solum ergo prædicatione prædestinationis ab hoc opere non impedi-  
tur, verum ad hoc adiuuatur , ut cum gloriatur, in Domino glorietur. Quod autem dixi de castitate, hoc de fide, hoc de pietate, de charitate, de perseverantia, & ne pergam per singula , hoc de omni obœdientia, qua obœditur Deo, veracissime dici potest.

18. Vnde intelligitur quod sana doctrina de prædestinatione Prædesti-  
natio i-m-  
non retrahat homines ab auscultatione Verbi cœlestis & obœ- pellit ad  
dientia Deo debita, sed potius eo adducat. Siquidem totum orationem ver-  
dinem reparationis, Sanctificationis, glorificationis nostræ com- bi.  
pletebitur, & postulat, ut Verbum audiamus , & meditemur, si-  
demque fructibus novæ obœdientiæ declaremus, & denique in tis Philip. 2.17,  
more & tremore salutem nostram operemur.

19. Quando homines à revelato Verbo & ordine ac τάξῃ fa-  
lutis divinitus sancta auocantur, ad arcanæ voluntatis absoluum  
& fatale decretum , quale Calviniani fingunt, tum equidem  
utrumque evenire necesse est, ut pavidæ conscientiæ de misericors-  
dia Dei erga se dubitare, epicuræi omnes adhortationes aspers-  
nari inquit diem viuere incipient.

20. Sed quando nos in nostris Ecclesiis tradimus, Electionem  
non esse absolutæ & nudæ voluntatis divinæ, ex qua fatalis nu-  
merus.

merus electorum & damnandorum ineuitabili necessitate consequatur, complecti autem voluntatem Dei ordinatam, quæ per media, Verbum videlicet & sacramenta, salutem nostram conficiat, nulla datur vel ad desperationem vel ad effrenem petulantiam cuiquam occasio. Sed potius gloria nostræ salutis divinæ gratiæ adscribitur, & homines ad audiendam & apprehendendam evangeliæ concionem instigantur.

2. *Vsus πρὸς ἔλεγχον.*

21. Si quis ita obstat: Silendum esse de intricato hoc articulo, ne nouæ lites in Ecclesia moueantur, cum alioquin satis super*q* sit contentionum. Illi respondet Augustinus. Hæreticus non racet, qui loquitur ab*q* scriptura. Et nos nolumus dicere quod teste scriptura possumus dicere? Timemus enim videlicet, ne loquentibus nobis offendatur, qui veritatem non potest, aut non vult capere, & non timemus, ne tacentibus nobis, qui veritatem potest capere, falsitate capiantur?

3. *Vsus πρὸς διδασκαλίαν.*

22. Sed ardua est, inquis, doctrina de Prædestinatione, quam non omnes capiunt: In concionibus itaq; ad populum non erit proponenda, Respondet Augustinus: Dicatur verum, maximè ubi aliqua quæstio, ut dicatur, impellit, & capiant, qui possunt: ne forte cum tacetur propter eos, qui capere non possunt, non solum veritate fraudentur, verum etiam falsitate capiantur, qui verum capere, quo caveatur falsitas, possunt. Ita tamen sermo & doctrina de hoc sublimi mysterio attempererur, ut memores simus illius Apostolici: Non potui vobis loqui, quasi spirituallibus, sed quasi carnalibus, quasi parvulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam. Nondum enim poteratis, sed neo adhuc quidem potestis.

23. Modo enim quodam dicendi fieri potest, ut id quod dicitur, & parvulis lac & grauibus esca sit.

Sicut

Augusti-  
nus ibid.

Sicut : In principio erat verbum , & verbum erat apud Deum,  
& Deus erat verbum. Quis Christianus tacere potest, quis capere?  
Aut quid in doctrina sana potest inueniri grandius? Quod  
tamen & parvulus non tacetur , & nec parvulus nec grandibus  
occultatur.

24. Prudenter itaque & circumspetè hæc de prædestinatione Forma sa-  
doctrina populo proponenda est, ut iterum monet Augustinus.  
Quamvis hæc vera sint, quod in externo Ecclesiæ coetu aliqui  
sint electi & ceteri reprobii, non tamen isto modo dicenda sunt  
Cui sermo ad ipsos etiam convertatur) sicut supra exposita fue-  
runt. Quid opus est dici , alij ex vobis sunt electi alij reprobii? si  
enim Ecclesiæ Dei loquimur, si credentibus loquimur, cur ali-  
os illorum ad fidem venisse dicentes cæteris facere judicamur  
injuriam : cum possimus congruentius dicere: Ita se habet de  
prædestinatione definita sententia voluntatis Dei, ut ex infide-  
litate veneritis ad fidem accepta voluntate obediendi , & accepta  
perseverantia maneatis in fide. si qui autem adhuc in peccato-  
rum damnabilium delectatione remoramini, apprehendite salu-  
berrimam disciplinam. Quod tamen cum feceritis nolite glo-  
riari, quasi de operibus vestris. Deus enim est, qui operatur in  
vobis velle & perficere.

25. Nec ita dicendum est, si qui estis nondum vocati, acci-  
pietis eandem gratiam, qua velitis et sitis electi. In Ecclesia  
enim omnes sunt vocati. Cur non potius ita dicitur : Si qui  
nondum sunt vocati, pro sis , ut vocentur, oremus.

26. Quod itaque de prædestinatione sit disserendum, & qui-  
dem juxta canonem scripturæ, quodque proposita dissertationum  
ad doctrinam cœlestem explicandam & errores refellendos,  
cum ad auditores exhortandos & consolandos, ostensum est.

CAPUT SECUNDUM, IN QVO VOCABULA,  
præscientiæ, vocationis, electionis, prædestinationis, co-  
gnata & contraria aliaq; synonyma explicantur.

Quæstio prima de præscientia.

B

Thes

Thesis. 1.

**N**unc itaq̄ rem in manus sumemus, præmissa summopere necessaria Vocabulorum & rerum, quæ in hac disputa-  
tione occurunt, distinctione & expositione. Ac cum do-  
ctrina de prædestinatione absq; præscientiæ diuinæ mentione  
explicari nequeat, quid præscientiam scriptura nominet p̄fimo  
considerandum est.

2. Usurpat itaq; scriptura Vocabulum προγνωστις & προγνώσ-  
της prænotionis seu præscientiæ & præcognoscendi: Verbi grā-  
tia Rom. 8. 29. Quos præscivit, hos & prædestinavit conformes  
imaginis filij sui. Rom. 11. 2. Non rejecit Deus plebem suam  
quam præscivit. Act. 2. 23. Hunc definito consilio & præscien-  
tia Dei traditum accipientes, per manus peccatorum ligno affix-  
um interemisti. 1. Petri. 2. Petrus Apostolus Iesu Christi ele-  
ctis aduenis secundum προγνωστιν præscientiam Dei patris, & eos  
dem capite v. 20. Christi præcogniti ante mundi constitutio-  
nem, manifestati autem novissimis temporibus propter vos.

Deo omni-  
a præsen-  
tia.  
Syr. 39.  
Syr. 23. 29.  
Dan. 13. 42  
Psal. 134.

3. Dicitur autem præscientia non quod in Deo tempore antecedat. Apud Deum enim nihil est præteritum, cuius recordetur, nihil futurum, quod præcognoscatur, sed præsentissima sunt omnia, sicut Syracides ait: à seculo usq; in seculum respicit, & nihil est mirabile in conspectu eius. Item: Omnia tam sunt nota Deo antequam creentur, quam postea cum perfecta sunt. Vnde Susanna orat: Deus æterne, qui absconditorum es cognitor, & nosti omnia antequam fiant: & pulcherrime David: Intellexi cogitationes meas de longe, & omnes vias meas prævidisti. Ecce Domine tu novisti omnia novissima & antiqua. Cum nondum formatus essem, viderunt me oculi tui. Respectu itaq; Dei potius est scientia rei præsentis, quam præscientia futuræ.

Præscien-  
tia quos  
modo  
vocabulū.

4. Nominoatur autem præscientia κατ' ἀνθρωπίδαιο sensu humano idq; duobus modis; Primum quia etsi in æternitatem illam Dei ἀχεγον, omni temporis distinctione carentem nihil prius

prius nihil posterius ingreditur: tamen æternitas, in qua cognoscit Deus omnia, omni temporaria dispositione est antiquior. Deinde quia ordo & ratiōs ita fert, ut architectus sui operis notitiam prius animo concipiatur, quam producat.

5. Tres autem scriptura nobis tradit prænotionis diuinæ si-  
gnificationes. Primo accipitur Vocabulum præscientiæ *zevis* ficationes  
*κωνιτη* generalissimè & largissimè, ut in libro Concordiæ tra-  
ditur, quod præscientia seu prævisio Dei sele ad omnes creacu-  
ras tam malas quam bonas extendat. Matth. 10. Psal. 139. Esaiæ.  
37. Iob. 28. Dan. 2. Syr. 40. Matth. 6.

6. Secundo loquitur scriptura de præscientia Dei, quæ *κλησία*  
*προ* & strictius sumitur, & tantummodo ad fidèles ac electos  
Dei filios pertinet.

7. Nam Rom. 8, non potest prænotio ad ynuersum genus *Præscientia Ro. 8o*  
humanum diffundi, id quod duobus argumentis evincitur. Pe-  
tium ea est series catherinæ Paulinæ, ut posterioribus membris  
priora determinentur & finiantur, non autem posteriora prioris  
bus. Quos enim præsciuit hos, & prædestinavit. Vnde infero,  
si præscientia, de qua hic Paulus agit, eorum est, quorum præ-  
destinatio: & vero prædestinatio non est omnium, quod nec  
ista præscientia, de qua hic loquimur, sit omnium.

8. Quod si quis contendat prædestinationem & præscientiam  
eius esse amplitudinis, cuius est Vocatio, prout illa alioquin ex  
parte Dei generatim sumitur: siquidem Paulus ait, quos præde-  
stinauit, hos & vocauit, ei obstant duo sequentia membra Iustifi-  
cationis & glorificationis prædestinationem, Vocationem &  
præscientiam suo amplexu determinantia: quos enim voca-  
uit, hos etiam iustificauit & tandem glorificauit. Ex  
quo patet, quod nec vocatio hoc in loco nec præscientia  
estamot

vel prædestinatio ultra justificationem et glorificationem di-  
duci debeat.

Quæstio 2. de vocatione.

Vocatio se-  
cundum  
propositum.  
9. Quin & ipse Apostolus ostendit se non loqui nunc de vo-  
catione generali, quatenus Deus diuulgato in totum orbem ter-  
rarum euangelio omnes homines vocat ad pœnitentiam &  
agnitionem Christi Act. 14. Marci. 16. Rom. 10. Col. 1. sed de vo-  
catione ea, quam amplexi sunt, qui 1. diligunt Deum, 2. quibus  
omnia crucis onera ad salutem æternam cedunt, 3. qui sunt  
*κλητοί*, hoc est versantur in vocatione eoque triulo gaudent,  
4. qui conformes prædicantur imaginis filij Dei, qui fidei justifi-  
cati accessum habent ad gratiam Dei, in qua stant Rom. 5. qui  
acceperunt euangelium & in eo stant. 1. Cor. 15.

10. Ideoque non ἀπλῶς et ἀδιορίως simpliciter & indeterminate  
nominat vocationem, sed definite vocationem juxta πρόγραμμα  
consilium & decretum Dei immutabile. Decretum vero non  
est nudæ & omnes causas antegressæ voluntatis sed ordinataæ  
quæ totam seriem omniumque mediorū salutis nostræ connex-  
ionem complectitur.

Augustin: 11. Augustinus eleganter distinctionem eam vocationis  
ep. 39. qua Deus vocat, & vocationis quam fideles accipiunt  
observavit: Multi alioquin, inquit, sunt vocati, pauci vero ele-  
cti. Qui verò electi, ipsi sunt secundum propositum vocati, in  
quibus Dei proculdubio præscientia falli non potest. Hos præ-  
sciuit & prædestinavit conformes imaginis filij sui. Hæc voca-  
tio est secundum propositum, hæc est sine pœnitentia. Quos enim  
vocavit, illos & justificauit: quos autem justificauit, illos & glo-  
rificauit.

12. Alterum argumentum quod Apostolus Rom. 8. loquatur  
de præscientia Dei, quæ non indiscrete omnium sit hominum,  
in eo consistit, quod ex objecto ejus præscientiæ æstimare licet,  
quam late ipsa πρόγραμμα hujus loci pateat. Objectum autem τὸ  
πρόγραμμα præscitum describitur, quod sint dilecti Dei, qui  
Deum diligunt, quibus omnes calamitates ad æternam salutem  
conducunt, qui sunt in coetu vocatorum, qui denique sunt con-  
formes.

formes imaginis filij sui. Hoc vero objectum nullo modo de  
toto genere humano potest intelligi. Ergo nec præscientia. Vbi  
enim non est præscitum, ibi nec præscientia locum habet:  
præsciti enim est præscientia.

13. Dicat aliquis Deum non complecti sua ista præscientia  
solummodo, qui jam sint conformes imaginis filij sui, sed qui  
tales esse debeant: ac cum Deus omnes homines velit esse con-  
formes imaginis filij sui: ideo præscientiam ad omnes homines  
pertinere. Respondetur, hanc interpretationem textui non con-  
venire: Apostolus enim non de futuro, sed de præsente loqui-  
tur, non de eo, quod Deus fieri uult et mandat, sed quod jam fa-  
ctum decernit & immutabili consilio proponit.

14. Neque dicit Deum præscire & prædestinare, ut sint con-  
formes, *να ωστ σύμμορφοι*, sed prædestinare & prænosse eos, qui  
jam sunt conformes.

15. Et denique quomodo non essent conformes filio Dei, si  
quidem Deum diligunt, vocationem vera fide amplectuntur,  
& crucem tolerant, ut eosdem verbis immediate antecedenti-  
bus describit. *Quæstio 3. an fides electionis causa.*

16. Nostrane igitur, inquis, fides & pietas electionis &  
præscientiae causa est, cum Dei potius prædestinatio  
fidei nostræ causa sit, quemadmodum Eph. 1. scriptum est: E-  
legit nos in Christo ante iacta fundamenta mundi, ut essemus  
sancti & inculpati. Respondeo, electio quatenus in se comple-  
titur misericordem Dei voluntatem, meritum Christi, quatenus  
vocatione, & donationem Spiritus sancti, eatenus causa est effi-  
ciens fidei, quatenus autem eadem includit fidem in Christum,  
renouationem, & constantiam, non est causa, sed potius è pluri-  
um caularum complexu & indisolubili connexione confertum  
Dei decretum. Illo respectu habet electio aliqua voluntatis di-  
uinæ πεπονησμένης antegressæ, hoc vero respectu determi-  
natur electio voluntate Dei επομένη consequente & media  
divinitus ordinata includente ac respiciente: neque tamen il-  
la priora plenam electionem absolvunt ac definiunt ut paulo  
post demonstrabitur.

B 2

17. Terti.

esp ob

17. Tertia superest præscientiae significatio angustissima, qua solum Christum & opus Redemtionis complectitur. Sicut Petrus Act: 2. dieit, Christum definito Dei consilio & præscientia esse traditum, & in priore sua epistola capite primo, Christum esse præcognitum ante mundi constitutionem, manifestatum autem novissimis temporibus propter nos.

18. Quotiescumque igitur de divina præscientia loquimur, diligenter hæc discernenda sunt cum ob causas alias, tum ut scire possumus, quænam divinæ præscientiæ, tanquam causæ conficienti, quæ vero non ita tribuenda sint.

19. Si enim relatio instituatur prænotionis Dei ad res, quæ aut olim evenerunt, aut hodie eveniunt, dupliciter sese habet patris coelestis notitia & præscientia.

20. Nam bona non saltem novit Dominus, sed etiam efficit & producit, mala non operatur, licet ea norit & moderetur.

21. Vnde constat quod in rebus malis sapientia Dei cernatur potissimum, non etiam voluntas approbans; in bonis vero cum Dei sapientia voluntas quoque coniuncta sit.

Quæstio 4. De omniscientia Dei.

22. Quæ ut rectius intelligantur & in progressa disputationis in promptu sint ideo de omniscientia seu sapientia Dei de quæ eius Voluntate, diuina & Voluntatis gradibus aliquid præmittendum est.

23. Sapientia proinde seu omniscientia Dei est, qua novit Deus omnia, ita ut nec ea, quæ dicuntur præterita, ibi in mente diuina prætereant, nec ea, quæ dicuntur futura, quasi desint, expectentur ut veniant, sed & præterita & futura cum præsentibus sint cuncta præsentia, nec singula cogitentur, & ab alijs ad alia cogitando transeatur, sed in uno conspectu simul præsto sint uniuersi:

24. Ab omniscientia Dei, quam παντοποιίαν, παντογνῶσην, vel πανοπίαν dixeris, non multum differt προγνῶσης præscientia, de qua

Omnisci-  
entia &  
sapientia  
Dei,

August.lib  
51.cap.4.

de qua hucusq; actum est, nisi quod sapientia res omnes, præscientia res futuras complectitur.

25. Futuræ autem nominantur non respectu Dei, sed nostri.

Nam præscientia Dei, ut supra demonstravi, præterita & præsentia comprehendit, neq; tempore tenetur. Et tam in conspectus gent. cap. 10. de voc. illa Dei astant ea, quæ gerenda sunt, quam illa, quæ aut geruntur, aut gesta sunt. Nec indiget mora cernendi & discernendi illa virtus, quæ perpetuo unoq; contuitu creata & creanda, orta & oritura, acta & agenda simul aspicit.

#### Quæstio 5. De voluntate Dei.

26. Hæc de sapientia Dei. Iam Qemadmodum in homine intellectui, qui summus animæ rationalis gradus est, sapientiam & prudentiam complectens, adiungitur Voluntas. Ita quoq; scriptura de Deo ad humanæ infirmitatis captum loquitur, & præter sapientiam. Deo tribuit voluntatem.

27. Voluntas autem Dei mala & maliciosa nequaquam est, Plal. 5. sed tantummodo bona boniq; causa: nec malum sed tantummodo bonum approbat. Nam & cum voluntas Dei mala vel pænas irrogat, iusta tamen est: & profecto quæ iusta est, mala non est. Nam κακὸν malum aliud est τῆς Φύσης sua natura tale, quod culpam habet & est ἀροτία, aliud vero est πρὸς ἡμετέρους πατρὸς θνῶν, quod nos sentimus, quia est ἐνίπονος & molestum non sit auctor mali, culpaq; iusta vindicatio. Amos 3. 7.

28. Nec ideo Dei voluntas mala maliue vel causa vel consensio censi potest, quod Deus, cum summè bonus sit, mala fieri finit. Non enim sineret, nisi omnipotens de malo etiam facere posset bene, id quod mox pluribus explicabitur cum de concessione dicetur.

29. Bona igitur Dei voluntas & facultas & virtus eius, qua omnia providet & omnia facit, & omnia

Damascen. continet ac moderatur in cœlo & in terra. Græca verba longè  
I. cap. 29. sunt evidentiora : η ἀγαθὴ θεοῦ θέλησις εἰς προνοητικὴν καὶ σωτηρίαν  
Psal. 113. 3. πᾶντα τούτην αὐτῆς διδάσκει.

30. Cum igitur tantummodo bona voluntati diuinæ sint addi-  
scribenda, malorum nihil prorsus attribuendum, ideo in bonis  
solummodo non etiam in malis Dei voluntas cernitur. Mala  
etenim non vult, sed damnat & punit psal. 5. Et quomodo in  
Dei voluntatem omnisciā & omnipotentem aliquid mali cade-  
ret, cum humana voluntas nihil appetat nisi id, quod vel reuera-  
est bonum vel bonum esse videtur ? ut philosophus ait :  
Dicendū itaque quod simpliciter & juxta veritatem τὸ θελήτον,  
id quod volumus, sit bonum, vel cuique Φαγόμενον ἀγαθὸν, ap-  
parens bonum?

31. Bona vero quæ vel euenerunt, vel eueniunt vel eventura  
sunt, in duplice collocantur ordine. Quædam enim imme-  
diatè à Deo originem habent, ut creatio mundi, Filii Dei missio  
in carnem, Spiritus sancti effusio super Apostolos, miraculo-  
rum editio, extremi judicij adventus, mundi consummatio,  
& quæ sunt similia, in quibus inter effecta Deumque efficien-  
tem nihil intercedit, quod causæ operantis rationem obti-  
neat.

32. Alia vero itidem bona mediatè, adhibitis à Deo archi-  
recto causaque prima instrumentis & organis, producuntur, ut  
sint, hominis ex homine generatio, peccatoris per verbum &  
baptismum regeneratio, viuificatio, sanctificatio, & infinita  
alia.

### Quæstio 6. distinctio diuinae Voluntatis.

33. Hinc emersit illa voluntatis diuine distinctio nunquam sa-  
tis laudata, qua in ἡγεμονίᾳ antegressam, & ἐπιφέρου consequens  
Voluntas tamen discernitur.

anteced-  
dens.

34. Est autem Voluntas Dei antecedens (τὸ προηγύγμενον θέ-  
λημα) duplice ratione sic appellata, primum quidem ea virtus,  
qua

qua Deus primò & absolute ex se, propter se, & per se ali,  
quid uult & efficit, ita ut Dei intentionem & operationem nulla  
plane causa, causae ullius intuitus non modo in re effecta, sed  
apud ipsum quoq; Deum antevertat, qualis voluntas Dei in  
creatione mundi apparet, quam nihil antegreditur, cum nihil  
præter solum Deum ante mundum sit. Deinde etiam ita dicitur  
voluntas antecedens Dei, quæ licet aliarum causarum intuitum,  
quæ in Deo sunt, implicit, sed tamen ratione nostri antecedit, ut  
verbi gratia voluntas, qua Deus uult omnes homines saluari, in  
Deo quidem & in ordine causarum apud Deum non est prima  
& summa, cum ea creatio, lapsus & filij missio antecedat, attamen  
ratione executionis & fidei, qua promissiones ab ea voluntate  
promulgatae apprehenduntur, recte antecedens dicitur.

35. Voluntas Dei consequens, ( $\tau\delta\epsilon\pi\mu\epsilon\nu\eta\vartheta\epsilon\lambda\eta\mu\alpha$ ) est illa lib. 2. cap.  
in Deo potentia, qua Deus tum ea bona, quæ causis secundis  
primò oriuntur, adiuuat & gubernat, tum ea, quæ ab ipso prin-  
cipaliter sed tamen per media vel respectu mediorum & anteces-  
dentium producuntur, administrat. Verbi causa, missio filij Dei Voluntas  
in carnem immediatè quidem à Deo proficiscitur, sed nisi lapsus <sup>consequens</sup>  
hominis antecessisset, incarnatione τ& λόγ& opus non fuisset, in  
mittendo proinde filio Deus hominis misericordiam intuetur, cui mes-  
delam parare cupit.

36. Sic electio filiorum Dei ex mera Dei misericordia πρώ  
was primò quidem oritur, quia verò è lapsis & damnatis homi-  
nibus Deus elitit in filium suum credentes, ideo electio non ad  
antegressā sed consequentē Dei voluntatem pertinet. Nisi enim  
præscientia lapsus antecederet, electio nulla esset, sed ut erant  
in Adamo conditi, ita sancti omnes manerent. Et præterea, nisi  
per Christum fide appræhensum nemo à Deo elititur: Eph. 1.  
Ex quo intelligi potest, quod electio illac hominis malitiam, hac  
paratum remedium intueatur.

Voluntas 37. Illustrior sit hæc distinctio quando cum illa, quæ latinas  
absoluta & scholas personat, confertur. Latini enim voluntatem simpliciter  
ordinata, antegressam nominant absolutam, consequentem vocant ordinata-  
m vel relatam. Qui proinde intelligit, quid inter absolutum  
& relatum sit discriminis, ille hanc quoque discretionem absq;  
omni labore percipiet.

38. Et quia imago Dei expressa est in homine & Deus ~~ā~~  
~~δρωτής~~ sese nobis reuelauit, ideo ad declaranda hæc mysteria  
nihil accommodatus quam imago invisibilis Dei in homine ad-  
umbrata. Hominis itaque voluntas in alijs est ὅμειη ipsumq; τὸ  
έκστον, quo quispiam ultro & sponte incitatur, in aliis autem  
est voluntas προθετικὴ deliberata certisq; causis ac rati-  
nibus incitata. Vel simplicius: aliâs homo aliquid uult ~~ἀπλῶς~~  
simpliciter & ὁρκιώς solo & nudo appetitu: alias verò μετὰ  
θελεύσεως καὶ προαιρέσεως, ita ut causas & media, quibus rem desi-  
cundæ ratam assequi potest, simul complectatur: illa solius est finis vo-  
luntas, hæc vero mediorum ad finem ducentium electio seu pro-  
positum.

Quæstio 7. Quomodo differant voluntas & electio humana.

39. Nec enim idem sunt θέλησις, voluntas & προαιρέσις pro-  
positum, seu ut uulgò redditur, electio, licet valde sint cognata  
& propinqua.

40. Differentia in istis potissimum causis apparet. Primum  
sæpe volumus τὸ ἀδυάντι, ea, quæ nostris viribus assequi &  
confidere non possumus, ut pugno vellet proceriorem staturam,  
vellemus perpetuum vivere & nunquam mortem obire, velle-  
mus Turcam cæsum esse ab unoquoque nostrum: si quis vero  
tale quippiam sibi seriò proponat omnesq; animi nervos eō in-  
tendat, ut nimirum pumilio cubitum unum ad corporis statu-  
ram adjiciat, ut mortem effugiamus, ut solus quispiam totas Tur-  
cicæ tyranni copias sternat, nisi divinitus iussus sit, is certè οὐλίθιος

&

& fatuus videbitur, ut saluator ipse eiusmodi inutilem *μέριμναν*  
& curam vituperat Matth. 6.

41. Deinde sub voluntatem cadunt ea quoq; , quæ non à nobis voluntatis  
bis sed ab alijs confici volumus quæq; aliis optamus: προάγεσθαι & προστατεύεσθαι  
autem & institutum nostras solummodo actiones & opera regere  
spicit. Verbi gratia, feliciter administrari Imperium ab Imperatore differen-  
tore, quilibet bonus uult & velle debet, 1. Tim. 2. nemo tamen istia.  
cui cura gubernationis non est commissa, de eo anxie & solicite  
cogitat, quomodo ipse républicam optimè possit administrare,  
nisi αλλογενίσκως & ambitiosus ardelio audire uelit.

42. Deniq; finis cadit in voluntatem, media ad finem idonea  
uersantur in consultatione, deliberatione & electione. Qui æ-  
grotat sanitati restitui uult & desiderat, neq; tamen id sibi sim-  
pliciter apud animum ita proponit, quod sanus esse velit sive  
vires id patientur sive non, sed, ut sanitatem consequatur, ideo  
Deum invocat & medicamentis utitur, in quibus appetendis est  
προάγεσθαι. Vnde liquet, quod τὸ τέλος sit θελητὴ, hoc est, quod  
finis ac scopus rei subsit voluntati, τὰ δὲ πρὸς τὸ τέλος προαγέσθαι,  
id est, media fini conficiendo comparata veniant in electionem &  
consultationem.

43. Quid voluntas & propositum seu προάγεσθαι differant  
haud facilius, quam in exemplis obseruari potest. Saluator itaq;  
Luc. 14. 28. ait. Quis ex vobis est, qui velit turrim ædificare, non  
ne prius sedens computat expensas in eam structuram faciendas  
ne forte vix dum iacto fundamento, subsistere cogatur & ne  
queat ædificium absolvere, omnesq; qui id animaduers-  
tunt, incipient ipsi illudere, & dicant: hic homo cae-  
pit ædificare & non potuit absolvere. In hoc ex-  
emplo voluntas Principis est, quod cogitat & uult ædificare.

munitionem, nondum autem decretum & propositum seu ~~propositi~~  
gens: nisi stultum eum fingas, qui ante deliberationem certum  
decernat & sibi proponat: Postquam vero de materia, archite-  
cto, loco commodo & sumtibus alijsq; medijs deliberationem in-  
stituit, tum demum facit decretum & id sibi proponit, quod  
currim excitare velit.

44. Aliud simile eodem in capite traditur, cum Christus ait:  
Aut quis rex est qui volens signa conferre cum altero rege, non  
prius sedeat ac consultet, utrum possit decem millibus occurre-  
re ei, qui viginti millibus se aggreditur, quod si edoctus fuerit,  
suas copias illius viribus impares esse, tum certe priusquam su-  
am in ditionem ille impressionem faciat, legatos ad eum mittit,  
qui conditiones pacis deferant, quiq; pacem ab eo petant. In  
comitijs imperij Ratisbonæ anno superiore celebratis voluntas  
Romani Imperatoris, Electorum, Principum, & statuum Imperij  
in Propositione expressa fuit, quod nimirum omnes in votis  
haberent, ut Turcicus tyrannus à finibus nostris arceretur, quo-  
modo autem expeditio in Mahometanam colluuiem suscipienda,  
vnde miles conscribendus, unde commeatus, arma, stipendia,  
comparanda sint, quomodo res domi forisq; instituenda, id in  
Recessu comitiorum tandem decretum est. Quantum itaq; à pro-  
positione distat Recessus, tantum à voluntate differt proposi-  
tum, consultum, decretum: illa finem, hoc & finem omniaq; ad  
finem ducentia media complectitur.

45. Placet istud quoq; simile ad rem declarandam adducere.  
Sit rex quispiam aut Princeps Christianus, qui amplas habeat  
subditione sua provincias colonis destitutas, eiusq; rei gratia ab  
Imperatore Turcico omnes captiuos Christianos redimat iustoq;  
persoluto lytro in libertatem vindicet. Num vero ille Princeps  
adeo rerum fuerit imperitus, ut certo apud se statuar & decernat,  
omnes, qui nunc in Turcia tenentur, voluntati suæ obtempera-  
turos

euros, legatum suum, quem eius rei causa Constantinopolim missurus est, illico secuturos & deinceps suo Imperio sese ultro submissuros? Non arbitror. Autem ne quisquam ex omni captiuorum numero conqueri possit, se ex inuidia aut πρεσωποληψίᾳ esse neglectū & præteritū, ideo clementissimus & munificentissimus ille Princeps serio cupit omnes in Christianā libertatē assertos, eaq; de causa vel vnigenitū suū filium, vel ex intimis amicum cum incredibili pecuniæ vi ad Tyrannū alegat, Lytrum pro vniuersis persoluit, neminem præterit, omnibus publicè oppidas timq; id notum facit. Quid fit? sunt inter captivos, qui Christianismum abnegarunt quicq; in patriam reuerti non volunt, alij in itinere succumbunt, quidam se clanculum in alias terras subducunt, nonnulli etiam viæ molestiarumq; pertæsi extra Christianum orbem mori, quam tot labores exhaustire iterq; eruetiri malunt. Itaq; non omnes captiuui veniant & subditi illius Principis fiunt, & hoc ita fore nonne sapientissimus Princeps iam dudum præviderat? Ideoq; non simpliciter & absolute decreuit quod omnes captiuos in Turcia suos subditos appellare & habere velit, vel quod omnes illi, quos redemit, sui coloni certo futuri sint, sed ita apud animum constituit sibi proposuit, omnes illos, qui relicto Mahometismo & posthabitatis omnibus impedimentis legatum suum sequantur, itinere confecto suo imperio se submittant, illos sibi dilectum fore populū suumq; peculiū.

46. Apparet hinc primum quid inter voluntatem & propositum sit discriminis. In eo n. est voluntas, quod nihil magis exceptat pientissimus Imperator, quam omnes captiuos sibi morem gerere. Decreti autem summa conditionibus istis circumsepta est, quod illos agnoscere velit pro suis civibus, qui sunt obtemperaturi.

47. Deinde illud quoq; hinc clarum est, de quo suo loco erit

C. 3 amplius.

amplius dicendum, quod voluntas possit esse universalis, et si decretum sit particulare. Nam hic voluntas omnes complectitur, decretum paucos; nisi eam imputes regi imperitiam, quod aliter casurum, quam ipse velit, non eminus prospiciat. Illud etiam licet si decretum paucos comprehendit, quod neutquam idcirco voluntas non sit seria, quodque lytrum non persolutum. Nam hic pro illis, qui manent, quique in itinere subsistunt, non minus bona moneta exposita fuit, quam pro ceteris, æquè etiam illis libertas impetrata quam istis. Quin denique & illud hinc perspicuum evadit, quod λύτρωσις & redemptio sit inter Christianum Principem & Mahometanum Antichristum contraclusus, decretum vero quo obtemperantes, pro civibus habeantur, inter eundem istum Christianum Principem & miseros illos servos ac Turcarum mancipia intercedat, & quod haec actio à priore multis modis differat.

48. Ut igitur ad institutionem reuertamur sicut in homine alias est voluntas ὀρεκτικὴ, quæ est boni vel apparentis boni simplex appetitio, alias est voluntas προαγέλλεικὴ, quæ cum deliberatione aliquid sibi proponit, quod agat & consequatur: Ita in Deo una quidem & eadem est voluntas, quæ tamen dupliciter sese habet ratione effectorum.

49. Quædam enim Deus vult voluntate absoluta & simplifici, quædam voluntate decreti κατὰ πρόθεσην, secundum immutabile suum consilium & propositum Rom. 8. Et illa, quæ vult absoluē, vel talia sunt, ut ipse eadem in actum ducat, itaque necessario eueniunt & non possunt non eueniēre: de qua voluntate dictum est: Quæcunque voluit fecit in cœlo & in terra. Psal 113. Ipse Dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt Psal 32. 9. vel eiusmodi res sunt ut Dens illas per alios produci velit & approbet, ut pote quod vult hominem abstinere ab arbore uicta, quod vult conuertere totum mundum, Ioh. 3. Ez. 33. quæ quidem non semper in actum traducuntur, neque simplicem necessitatem habent.

50. Posterior

**Quæstio 8. De voluntate approbante seu beneplaciti.**

50. Posterior hic gradus relictissimè à græcis Theologis nominatur εὐδοκία, & latinis voluntas approbans seu beneplaciti. Nam & scripture sic loquitur, & beneplacitum Dei hebreæa voce Ration quod Deus id gratum habeat & probet Psal. 5. & 19. ac alibi, item Chaphez, quod volupe ipsi sit Psal. 5. v. 5. Ezech. 17. v. ult. Psal. 51. v. ult. 147. perspicuè nominatur Quemadmodum Damasc. etiam εὐδοκίας vocabulum Matih. II. 26. Luc. 10. 21. εὐδοκίας Ἱε. lib. 2. cap. Ἀνταποσ. Eph. 1. 5. & εὐδοκία προθέων v. 9. χαρίτων v. 6. & 29. alibi in hac significatione reperitur.

51. Discrimen inter voluntatem approbantem & decreti idem est, quod inter illa, quæ Deus immediate à se vult fieri, & ea, qua per homines aliasq; creature effici, quod nimis quæ approbat, non semper eveniunt, ut pote quod vult omnes homines agere pœnitentiam, quod minime fit; ea vero, quæ Deus decernit & proponit, necesse est evenire. Necesse autem vel αὐλῶς ut mundi creatio; vel εἰς ὑπόθεσιν, sic ut electos saluari necesse est. Necesse, inquam, non absoluta & fatali necessitate, quæ certas personas siue credant siue non, Deus elegerit & salvare decreverit, reliquis absoluto odo damnatis. Quod enim Dominus exercituum decreuit, id nemo potest infirmare Es. 14. consiliumq; Dei stat, & omnis voluntas eius fit. Es. 46. Pro. 19.

**Quæstio 9. De distinctis gradibus consiliorum Dei.**

52. Iam, ut in explicando hoc arcano progrediamur et e tandem perveniamus, quo volumus, notandi sunt gradus in voluntate Dei consequente seu voluntate consilij & decreti, ne cum audimus βελή consilium Dei & voluntatem aut decretum nominari, continuo omnia in unum chaos commisceamus, sed ὡροφηιας scripturarum probè obseruemus.

53. Scriptura proinde quinq; nominat classes & ordines consiliorum ac decretorum Dei, quæ omnia ad voluntatem Dei decretiuam & consequentem, ordinatam & medijs determinatam pertinent. Primum est consilium prouidentiae & prouidenciae

gubera dentia.

gubernationis rerum omnium, ἡ πρόνοια, ex quo genere emersit vniuersalis Dei omnipræsentia in toto mundo: Deq; eo primus fiduci nostræ articulus agit, & ita Psaltes canit eo ipso carmine, ubi de creatione & conseruatione rerum loquitur: Dominus dissipat consilia gentium: consilium autem Domini in æternum manet: cogitationes cordis eius in generatione & generationem. Syr. 17. 19. 40. Psal. 148. Dan. 4. Matth. 10. Act. 14. &c 17. Hebr. 1.

**Decretum §4.** Secundus gradus consiliorum Dei ad alterum fidei Christi redemptoris. Christianæ articulum pertinet & est de persona & officio Domini nostri Iesu Christi de quod toto opere Redemptionis per Christum præstito. Act. 4.v.28. & 5.38.20.27. Gal. 4.4. Rom. 16. 25. Hoe consilium de incarnatione Filij Dei de quod redimendo & iam redempto toto genere humano in sacratissimo Sanctæ Trinitatis senatu & sinu inter Patrem & Filium ab omni æternitate conclusum, decretum ac statutum est, posteaque in plenitudine temporis nobis patefactum Ioh. 1. Rom. 16. 2. Cor. 5. Et hinc emergit illa Dei præsentia, qua tota plenitudo divinitatis habitat in Christo σωματικῶς Col. 2.

**Consilium 55.** Tertius ordo consiliorum Dei est de reparatione totius  
vocationis humani, quod proprio κεριτη & Φιλανθρωπia & οἰκουμένη  
τελεός ineffabilis Dei bonitas, misericordia & commiseratio be-  
nigna, misericors & paterna Dei voluntas in scriptura nuncu-  
patur. Tit. 3.4. Matth. 18.14. Ezech. 33.11. 1. Tim. 2.4.2. Petr. 3.  
Ioh. 3.16.2. Cor. 1.3. Consilium & βελήνη Dei Paulus vniuersam  
euangelij concionem nominat. Aet. 20. v.20. & 27. Ministerium  
item evangelicum Iehannis Baptistæ, eiusque conciones de præ-  
sente Messia & gratuita peccatorum remissione appellantur βε-  
λήνης consilium Dei Luc. 7.

56. Diligenter vero hoc consilium πεληγγεσίας regenerationis à consilio πρωτηγεσίας, primariae creationis discernendum

est. Nam in priore Deus condidit hominem ad imaginem suā, tu de eo scriptum est: Faciamus hominem ad imaginem nostram Gen. i. quæ imago erat in iustitia, sanctitate & veritate perfecta, Eph. 4. 24. Hoc consilium ad absolutam Dei voluntatem antea retulimus, ideoq; effectus etiam ineuitabili necessitate consecutus est, & conditus fuit homo in iustitia, sanctitate & veritate.

57. Consilium vero reparationis illo posterius est & revelatum primis parentibus post lapsum Gen. 3. & ita comparatum, ut horrendum peccati supplicium simulq; lātissimam misericordiæ ac veniæ concionem contineat. Itaq; duæ sunt eius consilij partes lex videlicet & euangelium, quæ in praxi semper conjungi debent.

58. Quod lex Dei consilium & decretum vocetur probatione **Consilium** non indiget, cum nihil sit frequentius quam ea vox, qua diuina <sup>um legis</sup> lex uoce hebræa Chok, hoc est, stabile firmumq; decretum nominatur: & Apostolus eodem sensu legem vocat δόγμα, hoc est, decretum Eph. 2. 15. Col 2. 14.

59. Quod euangelium similiter decreti nomine veniat extra dubitationem est, cum sit δόγμα, quæ vox illud ipsum notat, & **Consilium** decreta primi concilij Apostolici de legis abrogatione dec̄p; gratia <sup>um euangeli</sup> tuita peccatorum condonatione δόγμata vocantur Act. 16.

60. Vtrumq; consilium tam euangelij quam legis est vniuersale quod ad omnes & singulos homines, nemine præterito, & excluso, sese extendit. Ut enim lex omnes damnat, ita euangelium absq; ulla exceptione omnibus Dei gratiam annunciat. Et ex hoc consilio emergit initium eius præsentiae Dei, qua Deus in Ecclesia præsto est.

61. Quod si licet ex vniuersalibus euangelij promissionibus inferre vniuersalem omnium hominum electionem, pari lege conclusionis licebit ex vniuersalibus legis comminationibus oī malum hominum statuere reprobationem.

D

Qua-

*Quæstio 10. De electione.*

**62.** Cum vero hoc absurdum sit, idcirco ab hoc genere consiliorum Dei duo alij ordines sunt distinguendi. Quartus itaq; gradus decretorum diuinorum est ἐκλογὴ electio & προοελομός prædestinationis, quæ nec omnes homines, nec omnes vocatos sed credentes solummodo concernit. Matth. 20. 16. 2. Tim. 2. 19. Act. 13. 48. Marc. 13. 22. 1. Cor. 1. 26. Hæc iam est peculiaris Dei præsentia, qua habitat in electis & μονῆ ac templo in illis sibi facit.

**63.** Frivola & puerilis est distinctionula, qua quidam inter electionem & prædestinationem scrupulosè discernunt, quasi prædestinationis sit facta ab æterno, electio fiat in tempore. Nam Apostolus Paulus in ordinaria sede huius disputationis Eph. 1. utraq; vocabula eodem sensu verbis immediate connexis usurpat & tam electionem quam prædestinationem ante iacta mundi fundamenta, id est, ab æterno factam esse confirmat: Elegit nos Deus in Christo ante iacta fundamenta mundi, ut essemus sancti & irreprehensibiles coram ipso in dilectione, cum præstinasset nos ad ius filiationis per Iesum Christum.

**64.** Interim vero si vocabulorum vim excutiamus, in eo distant, quod ἐκλογὴ relationem habet ad impios & damnatos omnes, è quibus credentes in Christum separantur & feliguntur, ut Saluator ipse significat Ioh. 15. 19. Sed προοελομός respicit ὥρα & terminum, qui est vita æterna, ad quam electi custodiuntur & conseruantur Ioh. 10. Rom. 8.

*Quæstio 11. De reprobatione.*

**65.** Electioni ex adverso opponitor iustum Dei decretum de damnatione infidelium, quod reprobatio & ἀπορία refectione & excisio nuncupatur Rom. 11. 22. Id, si culpam & originem speces, non à Dei voluntate, sed ab hominis emergit malitia. Quod enim Deus non delectetur eorum interitu ipse iuramento con-

firmat

Repro-  
batio,

firmat. Ezech.33. & quod non absoluto aliquo odio iter & adi-  
tum illis ad salutem præcludat, ut Calviniani blasphemè scripti-  
cant, missio filij & promissiones euangelicæ testantur. Si vero ius-  
tiam malitiæ pænam consideres, haec tenus à voluntate Dei iusti-  
ficia oritur. Ut enim illi, qui uniuersales euangelij promissiones  
vera constantiæ fide amplectuntur, in tabulis electorum scripti  
sunt. Ita vicissim qui nec vniuersalibus legis comminationibus  
à peccato deterrentur, neq; amplissimis euangelij promissionis  
bus ad Christum alliciuntur, merito reieoti & à gratia, quam ipsi  
contemnunt, non aliquo Dei occulto & absoluto decreto, sed  
suamet culpa, excisi sunt.

*Quæstio 12. De permissione & desertione.*

66. Haec tenus de Dei voluntate disseruimus, quæ bonorum  
tantummodo causa est, minimè malorum. Quæritur jam porro  
unde peccata proveniant? Nam à diabolo & corrupta hominis  
voluntate illa proficiunt dubium quidem non est, sed quid inter-  
rim Deus agit, num homines ad scelera impellit, an ociosus tan-  
torum malorum spectator est?

67. Neutrū horum Deo competit: Quomodo enim pec-  
cati autor & causa esset, cum tanta severitate peccatum puniat &  
prohibeat? quomodo vero ociosus spectator, qui omnia in mundo  
gubernat.

68. Huc igitur pertinet Dei permisso & οὐχ ἀγητος seu con-  
cessio. Cum enim Deus neminem violento raptu ad obædienti-  
am adigat, sed rationalem culum & spontaneum populū habere  
velit, ideo illos, qui voci diuinæ & spiritui sancto obtemperare  
volunt, in manu suorum consiliorum relinquunt & deserit,

69. Ut igitur à diversis gradibus divinæ voluntatis modos præ-  
sentia Dei distinximus, ita ex hac parte duæ oriuntur Dei deser-  
tiones.

70. Altera ad pios pertinet, quos alias non θεοί  
κάνουσι, ut censet Beza, sed reuera deserit, si nimi-  
tatem contra conscientiam in scelera prolabantur

& spiritum sanctum excutiant, quod Dauidi & Petro accidit, alias  
as sub calamitatibus auxilio destituere videtur: illa est κατάσ-  
λεψίς οἰκονομική, hæc ποιηθευτική. Finaliter autem piorum non  
obliuiscitur, sed cum agunt poenitentiam, redit Spiritus sanctus  
& Deus crucem mitigat I. Cor. 10.

66. Altera vero ad impenitentes pertinet, qui vel in peccatis  
obstinati manent, vel postquam semel gustauerunt gratiam <sup>co-</sup>  
lestem & primitias spiritus sancti adepti sunt, Hebr. 6, nihilominus  
redeunt tanquam canes ad uomitum & sues ad volutas  
brum, 2. Pet. 2. Et hæc est τελεία & ἀπογνωσία ἐγκατάλεψίς,  
hoc est, finalis & cum desperatione coniuncta desertio.

67. Quam ita definit Damascenus, quod tum fiat, cum Deo  
cuncta, quæ ad salutem nostram pertinent, faciente & subminis-  
trante, incorrigibilis nihilominus & insanabilis permanet homo,  
ex proprio proposito. Tunc enim non ex absoluto Dei odio sed  
propter insanabilem malitiam iusto Dei iudicio traditur in per-  
ditionem, ut Iudas. Iuste enim, ut ait Fulgentius, deseritur a  
Deo, qui deserit Deum. Et quia homo deserens Deum peccat,  
deserens peccatorem Deus iustitiam seruat.

68. Oiosus autem in hac permissione & desertione Deus ne-  
quaquam est. Nam licet Deus non sit autor malarum cōgitati-  
onum, ut ait Fulgent: tamen est ordinator malarum voluntas  
tum & de malo opere cuiuslibet mali non desinit ipse bonū ope-  
rari. Antequam igitur peccata prorumpant, prohibet & dehorta-  
tatur: dum in actu versantur cohibet, ne latius vagentur: post-  
quam commissa sunt, puni & ijs ad bonum aliquod eliciendum  
pro inscrutabili sua sapientia uti novit: ut in exemplo primorum  
parentum Gen. 3. in historia venditi Iosephi Gen. 50. Semel &  
Fulgent. Dauidis 2. Sam. 16. & multis similibus patet. Iuste enim subse-  
11. ad quitur severitas iudicis, ubi præcessit iniquitas peccatoris. Quia  
Monim. illius rei Deus ultior est, cuius autor non est, id est, iniquitatis,  
quam potest Deus punire, non facere, hæc Fulgentius.

69. Hæc

69. Hæc distinctio decreti & permissionis divinæ opponenda. Permis-  
est Bezae Calvinistarū Coryphæo, qui in absolutissima (non rati-  
one doctrinæ perfectæ sed respectu ἀνάγκης absolutæ) tractatio- stra à Bez-  
ne de prædestinatione & alibi inscitè omnia confundit & repro- za impu-  
bationem quoq; sub prædestinatione complectitur, idq; ex Au- gnata.  
gustino probare conatur, qui lib. I<sup>5</sup>. de Ciuit. D. c. I. ita loqua-  
tur.

70. Cui respondeo, quod Augustinus & alij καταχρησικῶς vocabulo prædestinationis utantur. Quod si propriè id dici obtinere uult Beza ex scriptura demonstret.

71. Interim vero magnum discrimen est inter κατάχρηστον Augustini & aliorum & inter peruersionem Calvinianorum. Nam Augustinus indicato loco ostendit se prædestinationem impiorum intelligere, quæ in voluntate Dei sub sequente voluatur, qua Deus tanquam iustissimus iudex sceleratos dignis suppliciis adjudicat & destinat, minimè vero de tali prædestinatione, qua impios ad interitum præparet. Sicut Fulgentius Augustini similia penè verba alio in loco posita interpretatur, quod intelligat impios prædestinatos ad interitum supplicij non delicti, neque ad malum, quod iniuste admittunt, sed ad cruciatum, quem iustissime patientur.

72. Beza verò in commemorato libro & alibi contendit, impios peccata committere ex voluntate & decreto Dei absoluto, & occulto; licet scelera volūtate reuelata sibi displicere significaverit.

73. Neque juuat Beza, quod Augustinū libro contra Iulianum Pelagianum 3 cap. 5. adducit, quasi sanctissimus ille episcopus censuerit ad scelera hominum concurrere Dei voluntatem, vim atque potentiam, non solum permissionem. Nam aliud est scelus ipsum ratione causarum suarum, quae sunt, diaboli impulsio, humanæ voluntatis peruersio, & cupiditas nocendi proximo, alias item sceleris iam admissi, dum admittitur, vel postquam

D 3 perpe

perpetratum est, usuratio. In priore nulla est Dei *ἐργα* nulla  
quo<sup>q</sup> voluntas : in posteriore intervenit iustum Dei iudicium,  
qui peccata peccatis, quæ minime ipse producit, & quibus ne uel  
minimam quidem operā & *ἐργα* adtribuit, sed quæ a diabolo  
provenerunt, punire consuevit. Ad iudicariam itaq<sup>q</sup> Dei sen-  
tentiam non ad creationis & prædestinationis intentionem per-  
tinet, quod Deus dicit Ezech. 14. 9. Propheta si erraverit & si  
locutus fuerit, ego Dominus seduxi Prophetam illum. Augus-  
tinus de ista sententia pronunciat, quod non modo patientiam,  
sed etiam potentiam Dei declaret, quod non negamus, si distin-  
ctè accipiatur, ut in perferendis vasis iræ & permittendis peccatis  
sit patientia Rom. 9. in vindicando verò verbi diuini contemptus  
per pseudoprophetas sit judicis Dei potentia. Idemq<sup>q</sup> planè in  
historia Iosaphati & Achabi patet 1. Reg. 22. de qua Augustinus ait: Nempe rex ipse peccauit, falsis credendo Propheciis.  
**At hæc ipsa erant etiam poena peccati D E O IVDICANTE,**  
Deo mittente angelum malum, ut apertius intelligeremus, quo-  
modo in Psalmo. 48. dictum sit, misisse iram indignationis sive  
per Angelos malos.

74. Permissionem tollere conatur Beza tum alibitum in col-  
loquio Mompelgartenensi distinctione insufficiente, quod ait,  
cum vel de Adami lapsu vel de aliorum peccatis loquimur, nec  
invito, nec ignorantie, nec ocioso Deo id evenire, ideoq<sup>q</sup> volen-  
te & decernente,

75. Responsio parata est. Invitum alias dicitur, τὸ ἀνθετόν  
quod voluntati est aduersum & voluntarium non est, alias τὸ  
βίαιον, quando quis vim perpetitur & cogitur. Peccatum contra  
Dei voluntatem sit, ut ipse sese Psa. 5. & in lege declarat: quod  
NOLIT peccatum: neq<sup>q</sup> tamen ea inest peccatoribus vis, ut  
Deum cogere possint. Sicut n. voluntas Dei non cogit creatu-  
ram rationalem: ita contracum creatura rationalis repugnat  
Deo, non potest vim inferre divinæ potentiae. Atq<sup>q</sup> ita repugnat  
quidem peccato Deus verbo & gravissimis poenarum commina-  
tionis

tionibus, sed non impedit violento raptu, quandoquidem spontaneos cultores flagitiat.

76. Quod vero peccata sciente minimeq; interim ocioso (licet ad peccata nullam efficacitatem conferente) Deo eveniant antea indicauim est. Ex quo efficiuntur, quod ad peccata nulla prossus Dei voluntas, sed permisso concurrat. Et repugnat toti scripturae illa Bezanæ distinctione, qua docet, Deum voluntate generali & arcana velle peccatum & decernere ut eveniat, quod tamen voluntate revelata se nolle declaraverit.

### CAPUT TERTIUM.

*Definitio electionis, eiusq; avales & explicatio.*

Theor. I.

Postquam cognovimus esse de electione sanctorum differendum, & non aliunde quam ex scriptura dissertationis eius argumenta desumenda, didicimus item, quem locum electio in serie consiliorum & decretorum Dei obtineat: proximum est, ut praedestinationis definitionem tradamus & membratim iuxta scripturæ Canonem explicemus.

*Questio 1. quid sit electio.*

2. Paulus itaq; in sede ordinaria huiusc doctrinæ Rom. 8. & Eph. 1, ita nobis definit Electionem: Electio seu prædestinatio filiorum Dei est æternum consilium & decretum seu propositionum voluntatis divinæ consequentis seu ordinatæ, quo Deus pater ante jacta fundamenta mundi iuxta præscientiam suam ex misericordia & gratia & misericordia eos tantum, qui ex genere humano lapsi & iuste damnato auxiliante spiritu sancto per verbum & sacramenta credituri essent in Christum mediatorem, inq; ea fide usq; ad finem permanensi, ad vitam æternam præordinavit.

*Questio 2. quod electio sit decretum Dei.*

3. Primo

3. Primo quod electio seu prædestinatio sit consilium & decre-  
tum Dei Apostolus testatur, qui scribit, nos à Deo electos esse  
iuxta beneplacitum eius, quod proposuit in seipso, & prædesti-  
natos iuxta propositum eius, qui omnia operatur secundum con-  
silmum voluntatis suæ: Eph. I.

4. Idem vero orthodoxi quoque patres comprobant, qui elec-  
tionem non ad voluntatem Dei absolutam sed determinatam  
& decretivam retulerunt. Ita Fulgentius. Non alia est Dei præ-  
destinatio, nisi futurorum operum eius æterna præparatio. Et  
paulo post: Quod autem daturum se præscivit, in æterna bonis-  
tatis dispositione prædestinavit. Ipsa est enī prædestinatio Dei  
sempiterna videlicet dispositio futuri operis Dei.

5. Hieronymus in commentario super epist: Ephes. cap. I.  
Considerandum, inquit, quod hic προετοιμάσθαι & προθέσθαι, id est,  
prædestinatio & propositum simul posita sunt, iuxta quæ opera-  
tur omnia Deus secundum consilium voluntatis suæ.

6. Chrysostomus eodem modo locum istum exponit: vide,  
inquit, quam diligenter Paulus loquatur, qui principium qui-  
dem nostræ salutis, propositum, consilium, primordium ab  
ipso patre esse, plenitudinem vero per Christū fieri demonstrat.

7. Theophilactus eidem astipulatur: Iuxta consilium volun-  
tatis suæ, inquit, ut ostendat, quod non obiter neque in transcur-  
su, cum hebræi increduli manerent, gentes vocatae sint, sed è su-  
pernis iam antea hæc DEFINITA erant ac PRAESTI-  
TUTA, eratque CONSILIVM hoc Dei vetus & volun-  
tas eius.

8. Vnde Augustinus libro 2. de bono perseverantiae cap. 17.  
in sua, quæ falli mutari non potest, præscientia, opera sua, futu-  
ra disponere, id omnino nec aliud quicquam est nisi prædesti-  
nare.

9. Et liber concordiæ prædestinationem nominat consilium,  
propositum, ordinationem & decretum Dei: & staruit, Deum

in

in æterno suo consilio decrevisse, quod præter eos, qui filium L. c. f. 602  
eius Iesum Christum agnoscunt & in eum verè credunt, ne-  
minem saluum facere velit.

Io. Hæc eo scire prodest, primo ne electionem referamus ad nudam, absolutam, occultam, antegressam, nulliꝝ hos miniexploratam & cognitam Dei voluntatem & præscien-  
tiam, quod Calviniani faciunt, qui censem, Deum simplici-  
ter absꝝ omni consideratione fidei & incredulitatis de homi-  
nibus nondū lapsis ac nedium creatis ab æterno statuisse cer-  
tos homines condere ad interitum & quosdam ad salutem, L. v. fol.  
ut ipsorum verba in Apologetico libello visitationis Saxon.  
recitantur. Nos vero contra eum audimus electionem esse  
consilium & decretum Dei, continuo intelligimus, quod  
eiusmodi sit propōsitus & ordinatio, quæ in Christo Iesu L. C. f.  
nobis reuelata est, & quæ omnia, quæ ad nostram redemti- 773.  
onem, vocationem, iustificationem & salutem pertinent, sis-  
mul complectatur.

II. Deinde cum audimus prædestinationem esse immu-  
tabile Dei decretum, certi inde sumus, electos (non quidem  
absoluta & fatali necessitate, sed auxilio divino, quod per au-  
scultationem verbi Deus illis præstat,) gratia Dei finaliter  
non excidere & æterna salute non priuari posse. Sicut Pau-  
lus, in hac  $\pi\lambda\eta\gamma\sigma\Phi\sigma\pi\alpha$  triumphat: Persuasum habeo, quod  
neꝝ mors neꝝ vita, neꝝ angeli, neꝝ principatus, neꝝ po- Rom. 8.  
testates, neꝝ præsentia, neꝝ futura, neꝝ altitudo neꝝ pro- 3.8.  
funditas neꝝ ulla creatura alia possit nos separare à dilectione  
Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Et alibi:  
Quod quæsiuit Israel, hoc non est assecutus: Electio autem Roli.  
assecuta est, nimirum finem & terminum fidei, qui est vita 7.  
æterna.

E

12. Ambros

12. Ambrosius super 9. cap. Rom. ait: In illo, quem ele-  
git, propositum Dei manet: quia aliud non potest evenire,  
quam scit & proposuit in Christo.

13. Hinc Augustinus argumentum sumit ad refellendos  
August. eos, qui dicebant, prædestinationis doctrinam adigere ho-  
l. 2. de mines ad desperationem, & ait: videant quale sit, quod sibi  
bon. per. persuaserunt, prædicatione prædestinationis audientibus plus  
seuerant desperationis quam exhortationis adferri: Hoc est enim di-  
C. 17. cere, tunc de sua salute hominem desperare, quando spem  
Ier. 17. suam non in seipso, sed in Deo didicerit ponere. Cum Pro-  
pheta clamet: Maledictus omnis, qui spem ponit in homi-  
ne. Hæc etenim sunt dona Dei, quæ dantur electis secun-  
dum Dei propositum vocatis, in quibus donis est & incipe-  
re credere & in fide usq; ad vitæ huius terminum persevera-  
re.

14. Omnium elegantissime Fulgentius explicans illam  
Psalmi 23. sententiam, Misericordia tua subsequitur me per  
omnes dies vitæ meæ, ita scribit: Prævenit igitur impium, ut  
fiat iustus, subsequitur iustum, ne fiat impius. Præuenit cas-  
cum, ut lumen, quod non inuenit, donet: subsequitur videns  
tem, ut lumen, quod contulit servet. Præuenit elsum, ut  
surgat: subsequitur eleuatum, ne cadat. Prævenit donans  
homini bonam voluntatem, subsequitur benevolentem o-  
perando in illo boni operis facultatem. Hoc igitur ista mi-  
sericordia Dei in homine subsequitur, quod præueniens ipsa  
largitur. Et ideo non solum errantiem iustificando ad viam  
reuocat, sed etiam benè ambulantem custodit & adiuuat, ut  
ad donum glorificationis aeternæ perducat. Hæc autem o-  
mnia in prædestinatione semper Deus habuit. Hæc ille.

Quæstio 3. Quod electio propositum aeternum.

15. Quod

15. Quod porro in definitione consilium Electionis nominatur æternum decretum & factum ante iacta fundamenta mundi, ex eo intelligitur, quid de illorum Φλυαρίᾳ & κυριᾷ sentiendum sit, qui haud exile quiddam se reperisse arbitrantur, cum dicunt, prædestinationem ab æterno quidem factam omnium simpliciter hominum, in tempore vero eligi credentes. Nam Apostolus sonora voce pronunciat, Deum nos eligisse ante iacta mundi fundamenta, Et admodum emundatæ naris est Beza, qui verbum ἐξελέξατο sic interpretatur, quod idem sit ac si diceret Paulus, Deum sibi proposus istenos eligere, & rationem addit nimis acutam, quod æterna electio sit in Dei proposito, cum nostri respectu tūm demum dicamur eligi, cum Deus suum propositum exequitur. Quasi vero Paulus hic de executione decreti & non de decreto ipso loqueretur, eiusq; respectu electionem in Deo ab æternitate factam traderet? D. Hieronymus copiosè monet de vi vocabuli κατεβολή, quod non tam constitutionem operis quam fundamenta, quæ in profundo jaciuntur & penuntur significat, & proinde ultimam æternitatem nositat, quæ ipsa quoq; mundi fundamenta antecessit, in qua tum sumus prædestinati.

16. Tutatur etiam hæc confessio nostram de prædestinatione doctrinam aduersus calumnias eorum, qui cum audiunt perseverantiam in electione requiri, mox inferunt, quod post mortem demum fiat electio. Etsi enim perseverantia electioni inclusa est, nihilominus tamen ea ipsa quoq; Deo eligenti ab omni æternitate fuit cognita, siquidem eius donum est, ut modo audiuiimus Fulgentium de misericordia præcedente & subsequentे differentem. Nam si gratia Dei solummodo sequeretur, nemo donata Dei bona perciperet: Si tantum præcederet nullus poterat collata seruare, ait Cassiodorus.

17. Et perinde puerilis hæc est cauillatio ac si quis in Philo. Sophia, cum audit, ad ciuilem felicitatem requiri non unā fas

tem atq; alteram actionem laudabilem sed constantiam in vita perfecta, inferat illud Solonis iampridem explosum , dis-  
ciq; beatus ante obitum nemo supra[m]a[er]a funera debet. Ei responderet opinor Philosophus in illa ipsa honestarum actionum constantia felicitatem iam esse possum neq; eam demum terminum actionum subsecuturam. Ita nos iam in hac vita fruimur electionis gratia cuius finem in altera affer- quemur.

18. Etsi proinde in electis requiritur perseverantia, nihil minus electionis decretum ab omni aeternitate factum esse  
2. Tim. confitemur: sicut iterum docet Apostolus, Deum nos seruasse  
1.9. se & vocasse vocatione sancta, non secundum opera nostra sed secundum proprium propositum & gratiam , quae data est nobis in Christo Iesu ante tempora aeterna.

*Quæstio 4. Quod electio sit decretum non absolutum sed mediatum.*

19. Tertia particula in definitione Electionis est , quod eam referimus ad voluntatem & decretum Dei minime absolutum sed ordinatum , restrictum & medijs determinatum.

20. Hoc ita habere scriptura testatur. Nam Paulus nullam novit prædestinationem, quæ non includat vocationem, iustificationem & glorificationem. Rom. 8. Et iterum ait: Deum nos prædestinasse, ut simus filii, non absoluto aliquo decreto, sed per Iesum Christum , & gratos & acceptos nos habuisse in dilecto , in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, iuxta diuitias gratiae suæ. Eph. 1. Causæ proinde, quæ decretum Electionis, non quidem χρόνῳ & tempore: ( aeternitatis enim αὐχρόνῳ hoc consultum;) Sed τάξι & ordine antecedunt sunt in Deo:

I. misericordia

1. miseriæ nostræ prævisio : 2. Christi meritum. 3. applicatio  
meriti per fidem: hæc electioni substrata & intexta minime  
finunt eam esse absolutam.

21. Scire hoc prodest primum ut Stoico & fatali decreto  
Calvinianorum occurrere possimus, qui prædestinationem  
ad absolutum & omnes causas antegressum Dei consilium ac  
voluntatem revocant. Sic enim scribit Beza in capite 9.  
Rom. v. 14. Deus amori destinat & odio, quoscumq; ipsi lis-  
buit. Item electionis causa est sola Dei voluntas, intelligit  
autem absolutam & ab omni aliarum causarum intuitu ac re-  
spectu penitus segregatam. Eodemque capite v. 18. Quem  
ei libuit suo amori destinat, idq; ideo tantum, quia illi libuit.  
Idem Calvinistarum Coryhaeus in refutatione Cas-  
stellionis hæc habet, ut sciremus, electionem non tantum  
tempore, sed etiam causarum ordine omnia antegredi, utq;  
prævisioni fidei nullus penitus locus relinquatur. In collo-  
quio deniq; Mompelgarteni sic ait: Proposuit Deus & ab  
æterno immutabile decretum fecit omnes causas secundari-  
as antegrediens, quod pro sua infinita misericordia velit ali-  
quos homines eligere in Christo servandos, aliquos vero  
secundum iustitiam suam reiucere.

22. Idq; mox uberior explicat cum porro ait: Ad hunc  
finem ut perveniret, nimirum ut in electis suam misericor-  
diam, in reprobatis suam iustitiam ostendere posset: ideo cre-  
avit hominem quidem bonum, iustum, sanctum, sed tamen  
mutabilem. Si enim, inquit, immutabiles homines creavis-  
set, ut labi & peccare non posse; Deus sibi neq; ad miser-  
icordiam neq; ad iustitiam viam aperuisset. Quoniam ini-  
seria in mundum ingressa non fuisset, sine qua misericordia  
Dei declarari non potuisset. &c.

Horren-  
da Bezae-  
næ impis-  
eratis  
portenta  
de absos-  
luta elec-  
tione.

23. Et antehæc: Propositum Dei æternum & immutabile  
omnes causas ordine quoque antegrediens fuit, quod in se  
metipso ab æterno decreuit omnes homines ad suam glori-  
am condere. Dei autem gloria neque agnoscitur neque cele-  
bratur, nisi eius misericordia & iustitia declaretur. Quapro-  
pter æternum & immutabile decretum fecit, quo certos ali-  
quos homines mera gratia ad vitam æternam, quosdam ves-  
rò iusto iudicio ad æternā damnationem destinauit, ut in illis  
misericordiam in his verò iustitiam suam declararet.

24. Intelligimus ex istis, quod Beza cum suis socijs præ-  
destinationem reducat ad voluntatem Dei non modo tem-  
pore res omnes, antegressam sed etiam causarum ordine pri-  
orem, ita ut fidem quoque non intueatur, sicut respectum fi-  
dei multis modis Beza in hoc negotio vituperat, Quid au-  
tem respondebit Paulo, qui iustificationem, quæ absq; fide  
non est, includit electioni, qui in Christo nos prædestinatos  
docet, in quo nemo est, nisi qui fide ipsum complectitur? Verū si  
argumenta Bezæ subverterimus ipsa quoque corruet assertio.

25. Primum argumentum est, quod in colloquio Mon-  
pelgartensi & alibi scribit: Deum tanquam sapientissimum  
architectum non condere potuisse hominem, nisi istos sibi  
fines proposuisset, quod alios ad interium alios ad æternam  
salutem creare vellet, ut hoc pacto suam declararet & iusti-  
am & misericordiam.

26. Respondeo, A Beza hic finis fingitur, in scriptura  
longe alius ostenditur. Ideo enim creatus est homo, ut refer-  
ret imaginē Dei, Deūque in perfecta iustitia & sanctitate cole-  
ret. Ep. 2. 10 & 4. 24. Ad interitū Deus neminē condidit, neque  
per miseras nostras suæ iustitiae gloriā quæsiuit Ez. 18. & 33.

27. Quam vero peruersa hæc est ratio, quod Gallicanus  
hic Apostolus intentionem Electionis cum proposito Cres-  
ationis commiscet, cum hoc iure suo præcedat. Nam tametsi  
in eadem æterna Dei mente utraq; decreta simul sunt, or-  
dino

dine tam en & relatione differunt : Siquidem misericordia  
elgentis esse non potest, ubi non præcedit miseria, ipsius eti-  
am Sophistæ huius concessionem, & electio fieri nequit, nisi  
sint impij, è quibus intuitu fidei in Christum fiat separatio.

28. Ex quo intelligitur quod non modo ab omni pietate  
sed etiam ratione abhorreat, quod Beza eiusmodi depingit  
consiliorum Dei de homine diagramma, in quo summum &  
primum locum tribuit immutabili Dei prædestinationi in  
eligendis quibusdam, & reprobandis ac damnandis aliis  
quam plurimis, atq; huic demum S. Trinitatis consilio sub-  
sternit consilia de creando homine mutabili, ut Deus haberet  
quos instè perderet & quos misericorditer servaret.

29. Alterum præsidium fatalis decreu habere se putat Be-  
za in verbis Pauli Rom. 9. Nondum natis pueris, cum nihil  
boni fecissent vel mali, ut propositum Dei, quod est secundū  
ipsius electionem, non ex operibus sed ex vocante firmum  
manceret : Diūcum est & Rebeccæ : Major serviet minori : si-  
cūt scriptum est, Iacob dixi, Esau odio habui. Hinc, inquit  
Beza, liquido constat, quod Paulus sit in eo totus, ut probet,  
propositum Dei omnes causas antegredi & nihilominus  
Deum esse iustum.

30. Contra rectè sane à nostris ostenditur, hanc Pauli sen- Locus  
tentiam non primo & tanquam in exemplis negotium elec Rom. 9.  
lectionis explicare sed τοπικῶς saltem adumbrare & per vim explicare  
proinde ad' absolutū electionis decretum à Calvinianis detor- mus.  
queri. Primum enim πρότασις ipsa, cuius probanda gratia, hæc  
adducuntur non est de Electione, sed ita comparata, quod  
Paulus ostendere vult veros & genuinos Israelitas non cens-  
seri qui ex Patriarcharū prosapia originē trahant, ut ipse ver-  
su 6. proponit, id vero exemplis Ismaelis & Esauī planū facit.

31. Deinde neque Isaacus Gen. 25. neque Malas-  
chias cap. 1, loquuntur de Iacobi æterna salute des-  
que Esauī damnatione, sed de Iudaici populi carnali

praet

prærogatiua, quam etiam Apostolus in principio huius capituli inculcauit, de quod Idumæorum seruitate & montium Seir sterilitate.

32. Denique non est credibile hoc oraculum de æterna fidelij Esaui damnatione ab Isaaco & Rebecca vel cogitari vel pronunciari, vel audiri potuisse absque ineffabili paterni maternique pectoris cruciatu.

33. Ac licet Esaui dolor & fletus locum non repererit apud Isaacum patrem in impetranda corporali benedictione, Heb. 12.16, Gen. 27.38. Tamen de pœnitentia eius coram Deo peccatorumque condonatione ex fructibus pœnitentiarum, qui Gen. 33.16. & 35.29. & 36.6. commemorantur æstimatur licet.

34. Quid verò ad illud dicet Beza, qui præsentem locum directè de prædestinatione accipiendum contendit & nos stram interpretationem salse irridet, quod sententia utraque tum illa Gen. 25. tum ista Mal. 1. non de personis Esaui & Iacobi sed de integris populis loquatur: iam vero constat non omnes Idumæos absoluto decreto esse damnatos, sed multos salutem consecutos? Ex his & similibus constat haec historias non *προφητεύματικῶς* sed *τυπικῶς* inducere Paulo, hoc est, non eo sensu, quod per exempla Iacobi & Esaui Thesin de electione & reprobatione absoluta confirmare: sed quod tanquam per typum & similitudinem gratuiti beneficij corporalis gratuitam Dei misericordiam, quæ electioni inserta est, adumbrare velit.

35. Sed omitto nunc ista, præsertim cum non negemus Apostolum his ipsis typis carnalis prærogatiæ Israëlitarum præ Idumæis digitum intendere ad mysterium gratuitæ electionis, de qua etiam inseritur illa sententia, ut secundum electionem maneret Dei propositum non ex operibus sed ex vocante.

36. Quid

36. Quid autem concludet Beza? nihil prorsus. Nam licet electionis causa non resideat ulla in nobis sed sola Dei misericordia sit electionis fons & complementum, tamen non sequitur id, quod Beza uult, Deum absoluto amore omnemque aliarum causarum ordinem antegresso unos, ut ipse loquitur, Beza elegisse, & ex mero odio alteros rejecisse, unos ad decus, aliis de absens ad ignominiam condidisse, unos quidem amare & aeterna luta praesalutem donare, alios verò in iste rejicere, odisse & aeterno iudicio destinatio perdere destinasse, & quidem utrosque ad gloriae suae patione hors tefactionem.

37. Quod Deus ullam in nobis virtutem, dignitatem, meas voces, ritum aut opus in decreto electionis aspicerit id minime docemus. Sed si nihil in nobis antecessit aeternum illud Dei propositum, non illico sequitur, quod nec in ipso Deo quicquam ordine causarum illi decreto subiunctum, subordinatum praemissumque fuerit. Non respexit Deus causam alias quam extra se, ergone nullam intra se: Minime vero haec argumentandi ratio valet.

38. Nam causarum ordinem non licet nobis pro nostro libitu disponere, sed quemadmodum ille in scriptura reuelatus est, ita eum tradi & teneri oportet. Iam vero nullum de homine quidem antiquius Dei decretum legimus, quam consultum illud de Creatione: Faciamus hominem ad similitudinem nostram. Proximus inde consilium Dei est legale: De omni arbore comedas praeterquam de arbore scientiae boni & mali. Quacunque enim die de hac arbore comedeleris, morte morieris. Tertium gradum consiliorum Dei scriptura nobis illum monstrat, quo totum genus humanum propter peccatum aeternae mortii & damnationi adiudicatur: Puluis es, & in puluerem reverteris. Hinc demum consequitur euangelicum decretum de semine mulieris contritus caput serpentis, Gen. 3,

39. Hæc series ad oculum demonstrat quam perversa sit Calvinianorum theologia, qui in abaco diuinæ prædestinatiois προετομή in fastigio & apice collocant, & in duo quasi itinera absolutum illud decretum dispescunt, quorum alterum de certis personis ex absoluto odio damnandis, alterum de certis ex absoluto amore saluandis sit factum, eiꝝ decreto creationem postmodum & corruptionem hominum subiungunt, creationem vero itidem ex immutabili illo decreto de alijs servandis alijs damnandis æstimant: saluandis addunt vocationem efficacem, damnandis inefficacem. Quæ tamen omnia causarum ordine præcedunt electionem non ex electione oriuntur & defluunt. Itaꝝ hoc ὑπέρ πρότερον totam scripturam euertit & cœlum inferno miscet.

40. Stat contra firmum fixum decretum prædestinatiois & electionis in ordine causarum apud Deum non esse primum & summum nec omnes causas in ipso apud Deum ordine causarum antegredi, nec ad antegressam Dei voluntatem pertinere, sed substernere primum creationem hominis, deinde eiusdem lapsum & misericordiam, tertio Christi

**Electio** meritum, & deniqꝝ fidem in Christum. Hæc enim Deus insuetur in prædestinando & eligendo homine ad vitam æternam. Itaꝝ eis nullum respiciat nostrum meritum, aspicit tamen nostram misericordiam, qua paternum eius peccatus effuditur: aspicit unigeniti filij λύτρον & intercessionem, aspicit deniqꝝ fidē, non ut est virtus in nobis, sed ut est grauitum Dei donū.

41. Et hoc quidem absoluto fataliꝝ Calvinianorum decreto sit oppositum. Nam non minus aduersus illos quoꝝ eadem definitionis particula, quod electio fit voluntatis diuinæ consequentis, & ordinatae obseruanda est, qui & ipsi Electio nem antegressa Dei voluntate definiunt, ac censent, Deum voluntate misericorde omnes causas alias omnemq; causarum intuitu antecurrente vniuersos abꝝ discrimine homines elegisse.

42. Hæc

42. Hæc opinio id cum Calvinianis commune habet, Omnes quod totum electionis decreum absoluta Dei voluntate homines continetur, sicut in eo discrepet, quod Calviniani duas classes voluntates hominum didicunt, & paucos absolute electos esse comite antecedentem inscuntur, hæc vero nouitas omnes æqualiter electos esse dente expavit.

43. Sic enim habet, quod Deus voluntate antecedente eos. decretum fecerit, quo non tantum paucos, sed omnes in universum homines per communem Salvatorem totius generis humani elegerit & ad vitam æternam prædestinaverit.

44. Rationes sunt istæ, quas breuiter discutiemus. Primum Intentio divinæ voluntatis, qua Deus omnes homines vult condere & ipsa quoque condit, ut sint sancti & irreprehensibiles, ut referant imaginem Dei in iustitia & sanctitate veritatis & æternum vivant, est electio & prædestination. Ea vero est voluntatis Dei antecedentis & supremæ, ex qua sequitur creatio. Ergo electio pertinet ad absolutam & omnes causas alias antegressam Dei voluntatem. Eph. 1. 2. 4. Gen. 1.

45. Respondeo, intentio creationis seu decretum Dei de creando homine perperam confunditur cum decreto Dei de homine lapso in vitam æternam afferendo. Et si enim utsrumque consilium Dei est æternum & susceptum ante iacta fundamenta mundi: tamen electio præsupponit creationem cum quod prius conditos oportet esse homines, qui eliguntur, tum quod ex peccatoribus facta est electio. Creationis proinde consilium absolute est diuinæ voluntatis, neque nititur causis ullis aliis: Sed electio pertinet ad voluntatem Dei consequentem, quæ lapsum hominis intuetur.

F 2

46. Quod

46. Quod si eadem est ratio electionis, quæ creationis, necesse fuerit, ut idem quoque effectus sequatur & quemadmodum ad voluntatem Dei de creando homine sancto illico securum est id, et dicente Domino, faciamus hominem ad imaginem nostram, homo exiterit sanctus, ita quoque decernente & absoluta simplici voluntate statuente Deo, ut omnes lapsi homines sint fideles, sint heredes vitæ æternæ, continuo id ipsum perficiatur. Quia consilium meum, inquit Dominus, stat, & omnis voluntas mea fit Isa. 46. Et voluntati eius quis resistet? Rom. 9. Verum effectus minime sequitur. Ergo decretum electionis non est absolutæ & simplicis diuinæ voluntatis. Ad absolutam enim nullisque conditionibus determinatam Dei voluntatem tanquam ad omnipotentis Dei efficacissimum imperatum res mandatas è vestigio extare inservit & absoluta necessitate necesse est, Psalm. 33. Matt. 8. 8. Quin ita quoque firmissima ratione licet arguere. Si Deus absoluto omnesque causas & ordinem mediorum antegresso consulto decreuit & statuit omnes homines esse electos & vitæ æternæ heredes, tuum aut ignorauit hominem esse lapsorum, & plerosque sua culpa perituros, quod de omniscientia Dei sapientia dicere summe blasphemum est: Sin autem scivit, frustra fecit absolutum illud decretum, quod malitia hominum postea interceptum est. Cum enim homines non temere decreta sanciant, num Dei decreta irrita fieri posse intelleximus?

17. Abusus proinde uocabuli est quando Adamus & ceteri homines in Adamo eo ipso consilio & opere Dei dicuntur ad vitam æternam electi, quos erant creati & conditi.  
Quod Deus Adamum creauerit sanctorum & constituerit

bond

z. I.

apud

apud se met ipsum creare sanctum & simul etiam ad vitam æternam condiderit, id quidem scriptura dicit, quod autem illum aut cæteros in illo elegerit ante lapsum & non interueniente Christo fide à resipiscientibus apprehenso nuspian scriptura meminit, sed cum de æterna nostra electione disserit, contrarium potius ostendit, quod in Christo, haudquam in Adamo simus electi ante iacta mundi fundamenta. Si in Christo, & Christus propter peccatores venit in mundum, luce meridiana clarus est, decretum electionis præmittere in illa æternitate consiliorum Dei considerationem creationis & lapsus ac proinde à creatione diuersum esse.

48. Sed electi sumus, ut essemus sancti ante iacta mundi fundamenta Eph. 1. Ergo consilium electionis tanquam causa præcedit sanctitatem & proinde ad voluntatem Dei antegressam pertinet.

*Quæstio 5. Quod electio licet fiat intuitu Christi fide apprehensi, tamen sit causa fidei.*

49. Respondeo. Antegressam & πρότερην Dei voluntatē possumus dupli respectu nominare. Primo quæ à Deo vel mediate vel immediate fiunt, ut sunt omnia bona, illa à Damasc.lib 2.cap.29.voluntati Dei πρότερη tribuuntur, si eut mala quæ in nobis habent causas, idem autor ad επιμέτρη refert voluntatē. Sed hic voluntatē antegressā non vocamus respectu nostri & rerum in tempore factarum; sic etenim omnis voluntas Dei, cum æterna sit, antecedens vocari debebat. Nominatur autem antecedens Dei voluntas in ipso Deo & in ordine consiliorum Dei. Summatim, antecedens & consequens non est in relatione causæ ad effectum, & Dei ad creaturas, sed in ordine causarum, in ipso Deo, ubi una est summa & prima, cæteræ illam respiciunt.

50. Libenter ita glorijs, quod electio ut causa præcedat nostram sanctitatem quando electionem ab æterno factam

F 3 præmis

Præmittimus eis executionem æterni decreti, quæ in tempore suscepta, subiectimus: Id quod facit Apostolus indicato loco. Et hoc pacto nemo peccabit, si electionem ad voluntatem Dei προνογμένην referat. Interim autem non sequitur, quod electio sit simpliciter antegressæ voluntatis Dei, cum Apostolus iisdem verbis perspicuè asserat, nos in Christo esse electos. Si in Christo, necesse est, ut Deus cum nos eligeret, utrumque habuerit in oculis, tum nostram misericordiam, quæ mediatore indigebat, tū etiam fidē, qua Christi meritum eramus amplexuri. Et hoc pacto sanctitas nostra, (loquor autem de sanctitate non in qualitate & meritoria, sed de sanctitate in relatione & imputata, quæ una in conspectu Dei uando causa let) non sequebatur electionē, sed eidem innexa & subiuncta fidei, erat. In Christo enim nos elegit. Christus autem est nobis à Deo factus iustitia & sanctitas I. Cor. I. Et eum, qui non nouit peccatum pro nobis Deus fecit peccatum ut nos fierimus iustitia Dei in illo.

s. 1. Atque hinc clarum est quomodo utrumque cum ueritate consentiat, quod ab Augustino scriptum est. Alibi enim Augusti, sic ait: Intelligamus vocationem, quæ sunt electi, non qui eliguntur quia crediderunt, sed qui eliguntur, ut credant. Hanc prædicti: enim & Dominus ipse satis aperit, ubi dicit, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Ioan. I 5. Nā si propterea electi erant quoniā crediderant, ipsi eum prius utique elegerant, credendo in eum ut eligi mererentur. Hæc ibi Augustinus rectissime contra Pelagiū disserit opponens causā effectui, electionē ex lectionis executioni: Aeterna enim electio causa est nostræ sanctitatis, minime hæc illius. In primis autem Augustinus id refellit, quod Pelagius tradebat, fidem & sanctitatem nostrā prævisā esse causā meritoria nostræ electionis, sicut eodem loco prolixè contra hanc opinionē disputat, quod utraque manu amplexamur. Non enim eligimur à Deo propter fidem aut sanctitatem ullamque rem, quæ meriti in nobis rationem habeat.

s. 2. Alibi verò idem Augustinus eodem in libro statuit: Non elegit Deus opera cuiusquam in præscientia, quæ ipse

daturus est sed fidem elegit in præscientia, ut quem sibi credi  
turum præsciuit, ipsum elegerit. Quod prolixius explicat  
tract in Ioannem 42. & in expositione quarundam propo-  
sitionum ex epistola ad Romanos cap. 9. & 11. Ibi enim lo-  
quitur non iam de consecutione effectus ad causam, sed de  
causarum ταξιδιοι intra Dei æternum consilium: Hic iam fides  
nullum habet rationem ullius meriti, sed donum Dei est, quod  
gratis collaturus est verbum audientibus & spiritui sancto ob-  
temperantibus Ioan. 6. quos itaq; Deus videt fide apprehe-  
suros Christum & sanctitatem Christi imputata per fidem san-  
ctos futuros, eos elegit. Ideoq; Augustinus libro suo titulū fe-  
cit de prædestinatione sanctorum.

§3. Nec est quod Reza vel Tossanus vel quispiam aliis  
nobis citijciat Augustinum hanc sententiam retractasse. Sci-  
mus equidem quid de ea lib. o. retractationum cap. 23. scribat.  
Verum consideranda quoq; erat eiusdem retractationis repe-  
titio & declaratio, quæ extat libro i. de prædestinatione cap.  
3. Ibi enim ostendit, se sententiam suam de præcognitione fi-  
dei inclusa prædestinationi secundum quid, non simpliciter  
improbare. Id nimirum sibi displicere, quod fidem & sancti-  
tatem, ut opus & meritum nostrum, aliquando habuerit, &  
quod fidem ac sanctitatem non censuerit gratuitū Dei do-  
num, quæ cum Pelagianismum sapiant, iure ab Augustino  
sunt reiecta. Interim autem ab ordine & ταξιδιοι consilij divini  
de prædestinatione minimè gentium sibi fidem in Christum  
excludi patitur Augustinus, ut ex commemoratis eius testimo-  
niis ad oculum appareat & ex libro i. de prædestinatione  
cap. 10. libro. 2. cap. 14. 18. lib. 6. hypog. luculenter ostenditur.

§4. Quod igitur Reza in cap. 9. Rom. v. 15. garrit de Au-  
gustini retractatione, id arguit tanti viri, ut ipse à suis habetur,  
vel oscitantiam in legendis patrum monumentis, vel impro-  
bitatem in pervertendis.

§5. Ita porro interrogant: Si electio non est idem cum vo-  
luntate Dei omnem fidem antegressa, adeoq; illa ipsa volun-  
tas, qua Deus nos vult credere, quid prædicabitur & quid  
credendum proponetur, seu, ut scholastice dicam, quod erit  
fidei obiectum? Nisi enim constet Deum voluntate sua omnes  
elegisse, non habebunt concionatores, quod prædicent, nec au-  
ditores quod amplectantur.

§6 Ad

Quid 56. Ad quod obiectum sic respondeatur, quod debeat prædicari in nomine Iesu pœnitentia & remissio peccatorum in cunctis omnibus gentibus, ut ipse Saluator pronunciat Luc. 24. Les & credentes uniuersalis sententia damnatoria, quod Deus omnes condamnabit, si cluserit sub peccatum, ut omnium misereatur Rom. 3.9. Gal. non sit 3.22 prima pars esse debet concionum apud impœnitentes, vniuersales sicut Christus de officio Spiritus sancti eleemosynico docet Iohannes ante 16. & ipse Saluator, Iohannes baptista, omnes denique Progressa est prophetæ & Apostoli ab hac voce suas apud incredulos concilio. nes exorsi sunt, ut homines agerent pœnitentiam. Huic concioni adiungenda apud contritos vox euangelij & promissiones vniuersales, quod Deus omnium velit misereri, quod adeo diligit, & ardentissime quidem minimeque simulate diligat totum mundum, ut filium suum unigenitum dederit Ioh. 3. quod Deus velit omnes homines saluari & ad agnitionem veritatis peruenire: quod Iesus Christus dederit se ipsum redēptionis precium pro omnibus 1. Tim. 2. & denique quod omnis qui credit in Christum habeat vitam æternam Ioh. 3. & electus sit in Christo fide apprehenso ante jacta mundi fundamenta Eph. 1. Hæc docenda & credenda sunt iuxta Dei verbum. Rupes & lapis angularis fidei substernuntur 1. Pet. 2. non arena humanarum opinionem: Matth. 7.

57. Quod autem voluntas illa Dei vniuersalis in euangelio patefacta sit uniuersalis omnium hominum electio, aut quod vocatio sit electio, aut quod Deus voluntate absoluta omnes homines ad vitam æternam prædestinaverit, id nulla scriptura nobis ad credendum commendatum est. Ergo et si istud non creditur, alia tamen erunt credenda & fidei obiecta, quæ Deus nobis proposuit, & quibus tuto fides innititur.

*Quæstio 6. De intuitu & notitia fidei electioni inclusa.*

58. Sed

58. Sed omissis istis progrediamur iam ad reliqua defini. Præsci-  
tionis membra explicanda. Quartum itaq; locum in allata ti aīm cle  
definitione haber, quod electio definitur decretum Dei secundus & iōne,  
dum præcognitionem, id igitur è scriptura delumptum esse  
principio monstrandum est.

59. Nam Paulus perspicue προγνωστιν in electione com-  
pletetur Rom. 8. Quos præscivit hos etiam prædestinavit. Et  
Paulo suffragatur Petrus I. Petri L. Paulus Apostolus Iesu Christi  
Iti electis secundum προγνωστιν præscientiam Dei Patris.

60. Duo vero in conspectu esse debent, quæ supra monuim⁹:  
primo quod præscientia per ἀνθρώπα θεαν nominetur,  
cum non futuri prænotio sed præsentis potius intuitua no-  
titia Deo competat. Deus itaq; scire potius credentes quam  
præscire credituros dicendus est.

61. Deinde præscientia in hoc negotio de electione, non  
sumitur universaliter de scientia ea, quæ ad bonos simul &  
malos sese extendit, sed limitatè pro subiecta materia. Nam  
Paulus expressè docet eorum esse præscientiam in articulo e. Præsci-  
lectionis, qui Deum diligunt, & qui conformes sunt imagi- tia ap-  
patis filij Dei. Petrus itidem κλησίς & vocatis, quos Paulus ex probati-  
pressius vocatos secundum propositum nominat, propriam  
dedicat istam, de qua hic loquitur προγνωστιν.

62. Talis est hæc notitia prædestinationi inserta, qualem  
Psalmo primo nobis David prædicat. Quoniam novit Do-  
minus viam iustorum, iter autem impiorum peribit: Novit  
notitia approbationis, promotionis, remunerationis, ut ele-  
gantissimè interpretatur Beda. Itemq; Augustinus lib. 1. de  
prædestin: sanctorum cap. 10. prædestinatione Deus ea præ-  
sciuit, quæ erat ipse facturus. Prædestinationis est gratia præ-  
paratio: gratia vero iam ipsa donatio.

63. De eadem Dei notitia & solicita pro suis fidelibus cu-  
ra David ps. 139. canit: Cum embryo essem viderunt me o-  
culi tui, & super libro tuo omnia mea annotata sunt, omnes  
dies mei adscripti sunt, priusquam unus extaret.

64. Et Christus Ioh. 10. Ego sum pastor ille bonus, & cognosco oves meas, & agnoscō à meis. Et si enim lupos quoque; & hircos novit notitia vniuersali, qua nouit omnia, & notitia iustissimae irae ac vindictae, tamen hac notitia gratiae & benevolentiae, de qua nunc agim⁹, non agnoscit improbos, sicut ad virginēs fatuas ait: Amen dico vobis, quoniam non novi vos Matth. 25.

65. Et ab ista paterna agnitione & cura possumus consolations longè efficacissimas depromere, eo quod omnes capilli capit⁹ nostri numerati sunt Matth. 10. Licet denique cum Paulo dicere: Stat solidum fundamentum habens hoc signacultum, novit Dominus qui sint sui. 2. Tim. 2.

Fidei  
præscien-  
tia in ele-  
ctione.  
  
66. Ista vero præscientia Dei, ut porro habet electionis definitio, fidem in Christum comprehendit, ita, ut Deus, quos cunq; scit in Christum credere, eosdem etiam & non alios eligat.

67. Fulciamus hanc definitionis particulam ferme præcio Paulus puam immotis scripturarum fundamentis. Primum igitur Rom. 8. Apostolus Paulus in sede ordinaria præsentis negotij perspiciectioni cuè dicit, πρόθεση, propositum & detretum Dei diligentis fidem complecti eos, qui diligunt Deum. Iam vero nulla est Dei dilectionis absq; fide, Sicut constat, quod quicquid non fit ex fide peccatum sit Rom. 14. si peccatum, quomodo dilectio: Cum peccatum sit ἀρρώστια 1. Ioan. 3. Dilectio vero sit legis impletio Rom. 13. Et D. Ioannes 1. Ioan. 5. ait: Omnis qui credit, quod Jesus sit Christus, ex Deo natus est: Et omnis qui diligit eum, qui Christum genuit, is etiam diligit natum ex illo. Qui vero sint isti ex Deo nati & Deum diligentes prolixius explanat cum ait: Quia omne quod natum est ex Deo vincit mundum: Et haec est victoria, quæ vincit mundum, FIDES nostra: Quis est qui vincit mundum, nisi is, qui credit, quod Jesus sit Filius Dei. Et denique fides per dilectionem est efficax Gal. 5.

68. Deinde eosdem quoq; nominat, κλητοί, hoc est, tales qui vocationem & euangeli⁹ concionem vera fide sunt amplexi.

69. Terc

69. Tertio includit prædestinationis iustificationem. Iam vero nulla prorsus est iustificatio hominis peccatoris coram Deo absq; fide. Fido enim iustificatur homo absq; operibus legis Rom. 3. Fides Abrahamo imputata est ad iustitiam Rom. 4. Iustificati fide pacem habemus Rom. 5. Quod si igitur iustificatio inserta & intexta est Electionis decreto, ut certe est, iuxta indissolubilem Apostolicæ cathenæ seriem & compagem, quos prædestinavit hos vocatos etiam iustificavit, absurdum est, velle ullam querere prædestinationem, quæ nullo fidei intuitu facta sit?

Eph. 1.

70. Plura poscent ex isto loco pro fide, quam electio complectitur, adferri argumenta, sed videamus alteram huius doctrine fidei ordinariam sedem Ephes. 1. Et num ibi quoq; spiritus sanctus fidem in electione describenda requirat attendamus. Ibi vero sonora voce & crasso calamo scribit Apostolus se de eorum agere electione, qui sunt *in Christo Iesu*, item qui sunt Sancti: sanctitas autem nulla nisi in Christum credentibus imputatur: 1. Cor. 1. Præterea eos dicit esse electos ante iacta mundi fundamēta, quos Deus benedixit omni benedictione spirituali in cælestibus: iam qui sunt ex fide, benedicuntur cum fideli Abraham. Gal. 3.

1.

2.

3.

4.

71. Adhæc electos nos esse scribit in Christo: Atqui in Christo nemo est nisi vera fide illi insertus sit, ut ipse docet Joh. 1. cum de nostra electione disserit & nos è mundo electos sibiq; tanquam veræ uiti insertos esse demonstrat; & Paulus ait: Si quis est in Christo, nova est creatura 2. Cor. 5. Quæ vero absq; fide novitas? Siquidem vetus noster homo crucifixus est cum Christo, ut vivamus Deo in Christo Iesu Dominino nostro Rom. 6.

72. Præterea prædestinatos nos asserit in *γερσιαν*: Sed *γερσια* absq; fide in Christum nulla est: Joh. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, qui CREDUNT in nomen eius: Deniq; electos prædicat *ναζερον*, iuxta beneplacitum. Impossibile autem est placere Deo absq; fide Ebr. 11. Quid igitur pro asserenda fide poterat hoc loco adferri illustrius?

G ij

73 Eos

73. Eodem omnino sensu Paulus 2. Thess. 2. fidem electioni insinuat & inuoluit: Fratres dilecti à Domino, quia elegit uos Deus à principio ad salutem in sanctificatione Spiritus & Fidei veritatis.

74. Et Tit. 1. electos per fidem describit, quod sint secundum fidem electi Dei. Qualis autem ea fides? Est agnitus veritatis eius quae est in vera religione, in spe vitæ æternæ, quam promisit Deus qui nescit mentiri, ante tempora secularia, manifestavit autem propriis temporibus.

75. Apostolus Iacobus cap. 2. Audite, inquit, fratres mei dilecti, nonne Deus elegit pauperes mundi huius diuities in fide & hæredes regni quod promisit diligentibus se.

76. Sic Apocalyps. 17. Illi qui in exercitu Agni stipendia faciunt vocantur Electi & Fideles.

77. Paulus iterum cum Thessalonicensibus 1. Thessal. 1. argumentum intallibile suæ electionis proferre vellet, fidem & frumentus fidei commemorat. Absq; intermissione in memoria retinemus opus fidei & laborem dilectionis & tolerantiae etc. scientes, charissimi fratres, a Deo electionem vestram.

78. Histam illustribus scripturarum testimoniis illa quoque accedit ratio quod censilium & decretum Electionis non possumus rectius aestimare, quam ab executione. Jam vero Deus neminem salvat, nisi credentem in Christum Ioh. 3, Marc. vlt. Ergo decretum quoque ab æterno factum est, quod Deus neminem præter credentes in Christum saluos facere velit.

79. Idque clarissima assertione Liber concordiae in Epitome huius articuli pronunciat, ubi ista luce meridiana illustriora habentur. Deus in æterno suo consilio decrevit, quod præter eos qui filium eius Iesum Christum agnoscent, & in eum vere credunt, neminem salvum facere velit.

Quæstio

*Questio 7. utrum fides absolute decreto aliquibus detur.*

80. Vitanda vero in hac de fide doctrina sunt duo extre-  
ma, quorum unum Calvinianas habet λεπτολογίας, alterum  
Pelagianorum & synergistarum τερπτέας. Nam illi abso-  
luto Dei decreto conclusū dictant, quos Deus velit efficaci-  
ter vocare, & fide postquam adoleuerint & ad annos discre-  
tionis venerint, donare, internoq; doctore spiritu sancto il-  
luminare. Hi vero quid sentiant postea dicam.

81. Calvinianis stoicæ πεπρωμένης patronis opponimus Calvini-  
tria veritatis fundamenta. Primum quod ex superioribus an fidē  
liquet, prædestinationem non esse absoluti & omnem causā ex ab so-  
rum τάξιν antegressi decreti, sed consilij ad certum ordinem luto de-  
stricti. Non enim Deus eiusmodi διχοτομίαν instituit, creto ali-  
qualem Beza nobis depingit, vbi causas explicat, quarum in- quibus  
terventu suum absolutæ electionis quorundam, & damnatio- dari cen-  
nis cæterorum decretum Deus exequatur. Quod nimis sent.  
peculiares causæ eligendis ac servandis adultis quod ad Dei  
um ipsum attinet, sint, vocatio efficax per verbum, in dam-  
nandis contra aut derelictio aut inefficax & externa saltem  
vocatio: Deinde iterum in eligendis adultis per Dei gratiam  
Fides & eius effecta, Vnde tandem glorificatio consequatur  
in reliquis ex adverso induratio, & indurationis effecta mors  
deniq; æterna.

82. Cum hac impia doctrina nihil nos commune habe-  
mus, neq; ferendum esse in Ecclesia censemus, ut doceatur,  
Deum absolutè decreuisse & è genere humano certas perso-  
nas elegisse, quibus fidem per vocationem efficacem instilla-  
ret, reliquis adhibita vocatione ex parte Dei inefficaci & ins-  
ani.

83. Ad verbum, inquit propheta & ad testimonium nos Fides da-  
alligavit & remisit Deus & qui non incedit iuxta verbum tur per  
hoc, illi non erit lux matutina. Ies. 8. Et pater de cœlo nobis verbum.  
filium commendat eumq; vult audiri: Et Christus ipse ait:

Amen, amen dico vobis, quoniam qui audit sermonem meum, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, Ioh. 5. 24. Item hæc est voluntas patris, qui misit me, ut omnis qui videt Filium & credit in eum, habeat vitam æternam. Omnis igitur, qui audit à Patre & discit venit ad me, Ioh. 6. 40. 45. Vnde Paulus regulam extruit: Fides ex auditu est, auditus autem per verbum Dei. Rom. 10.

¶ 4. Fidei proinde donum etsi merè gratuitum est, tamen non immediate ex fatali decreto, sed per prædicationem verbi hominibus obuenit. Hunc itaq; ordinem divinitus sancitum primo loco absoluto decreto Calvinianorum opponimus. Vbi media sunt ordinata prædicatio verbi eiusdemq; auscultatio & meditatio, ibi non potest absolutum decreatum de danda quibusdam, quibus libuerit, fide, locum habere.

¶ 5. Deinde id quoq; opponimus, quod Deus à ~~magistris~~ ~~magistris~~ vindicari nullo modo posset, si vnis, qui verbum par diligentia & descendit studio audiunt, fidem denegaret, alteris largiretur.

¶ 6. Deniq; ex hac opinione necesse est uel epicuræum verbi & sacramentorum contemptum, vel horrendam desperationem consequi. Siquidem pari vel diligentia in audiendo vel negligentia in contemnendo verbo præditis illis quidem infunditur, his vero subtrahitur fides.

¶ 7. Neq; iuvant Stoicam istam aniculam ~~τὴν εἰμαρτένην~~  
**Præsidia** iampridem deiecta illa præsidiola, quod inferunt: Rom. 9.  
**Absolutæ** scriptum est, Miserebor cuius misereor, & commiserabor  
**electio.** quem commiseratus fuero: Ergo quem ei libuit amori suo des-  
tinat, idq; ideo tantum, quia ei libuit. Respondeo, paulus ista nostrorum operum meritis & dignitati non autem ordini divinitus sancito opponit. Nulla quidem nostra dignitas Deum ad nostri amorem allicit, sed ipse mera misericordia mifetur quorum ipse vult? quorum autem velit etsi paulus hic non

non indicavit, alibi tamen expressit, quod illos misericorditer complecti velit, qui vocem divinam audiunt & poenitentiam agunt, sicut in populo Israelitico & Moysi Ex. 33. Vnde Verba desumpta sunt; apparet.

89. Quod porro sequitur: Ergo non est volentis neq; currētis, sed miserentis Dei, ex eo non efficitur: quod Deus absq; auscultatione verbi & citra media ordinata, ad quæ maxime currendum & properandum est, Ps. 95. Ebr. 3, fidē cuiquam suppeditet: Sed illud solummodo, quod cum omnina fecerimus, quæ debuimus, nos nihilominus seruos inutiles agnoscere debeamus. Luc. 17. Nihil enim meremur nostro cursu nostraq; auscultatione. Quia nihil est qui planat, & nihil qui rigat, sed qui dat incrementū Deus i. Cor. 3. Quemadmodum igitur plantatio & rigatio non reddit ipsa quidem agrum fertilem, ubi non subest fundi bonitas & accedit temperatus aer, secundiq; imbræ, fructus tamen absq; illa non proveniunt: ita in agro animi Dei q; vinea non quidem ex nostra industria nec tamen citra eam, hoc est, citra auditum verbi fides efflorescit. Quo pacto efficacitas soli Deo, nobis præter mediorum divinitus ordinatorum usurpationem nihil tributur.

*Quæstio 8. fides Electioni inclusa non infert  
Pelagianismum.*

90. Ex altera itaq; parte Pelagianismi criminacionibus nostræ doctrinæ frustra à Calvinianis iam olim, & iam de-nuo à Toisano Heidelbergensium pseudoapostolo imputatis quod opponamus facile invenimus. Fides enim non aliter ingreditur decretum electionis, quam consilium justificatiōnis & regenerationis, haudquaquam *πεινήματα*, quod in Deo ut nos eligat, efficiat, sed *όγγαρικά*, quod oblatam in euangelio Dei gratiam, ut manus & quidem à Deo nobis suppeditata apprehendat, & eligimur non PROPTER fidem, sed per fidem, imputatiue, non meritorie, plane sicut fide iustificatur. Fides decreto electionis inserta pars & membrum non meritoria & conficiens causa est. Fides respecta promissio-num est *όγγαρος*: respectu totius decreti electionis est pars.

91. Nic.

91. Nihil de hac re gvauius, nihilq; eruditius dici pos-  
test, quām quōd iam dudum scripsit Fulgentius, cuius aurea  
hæc est sententia, qua hanc ipsam suam & Augustini aliorum-  
q; Orthodoxæ sentientium patrum doctrinam de fidei præ-  
scientia Electioni inclusa à Pelagianismi suspicione olim vin-  
dicavit: Deus, inquit, prædestinavit ad Regnum, quos ad se  
præsciuit, misericordiæ prævenientis auxilio reddituros, & in  
se misericordiæ subsequentis auxilio esse mansuros. Ex qui-  
bus verbis liquet, quod nihil nobis adscribere possimus, cum  
misericordia Dei gratuita euangeli prædicatione & spiritus  
sancti donatione nostram præueniat auscultationem, & gra-  
tia Dei fidem à spiritu sancto in nobis per verbum excitatam  
custodiat. Augustinus idem libro 6. hypognost: prolixè compro-  
bat, vbi inter alia sic ait? Stulte, Deus est, qui iustificat impi-  
um non præventus humana voluntate, sed ipse præveniens  
hominem misericordia sua Ps. 58. Taceat humana lingua,  
nec prorsus in prædestinatione de meritis extollatur.

97. Quia vero supra de hac pelagianismi suspicione plura  
sunt dicta & alibi sententiæ patrum maiore numero adscri-  
ptæ, ideo ad eam nunc venio definitionis partem, quæ tradit  
perseverentiam decreto electionis esse inclusam.

*Quæstio 9. quod perseverantia in electione  
requiratur.*

39. Sic etenim liber concordiæ inter reliqua prædestina-  
tionis octo requisita istud quoq; postulat, ut quocies de hoc  
negotio loquimur simul etiam cogitemus, Decretum Dei æ-  
ternum esse, quod opus illud bonum, à se in electis incæptum  
promovere, atq; confirmare, & ad finem usq; conservare ve-  
lit: si modo verbo ipsius tanquam scipioni constanter inni-  
tantur, ipsius opem ardentibus precibus implorent, in gratia  
Dei perseverent & dona accepta fideliter & bene collocent.

94. Et

94. Et mox: Electi magnam diligentiam adhibeant, ut uocationem & electionem suam firmam faciant: ut tanto minus de ea dubitent, quanto efficacius spiritus sancti virtutem & robur in se sentiunt.

95. Scriptura vero id luculentissime comprobat, quod ad salutem æternam nemo vel perueniat vel à Deo electus sit, nisi in fide perseveret. Sicut saluator ipse dicit. Qui perseveraverit usq[ue] in finem hic saluus erit. Matth. 10. 23. Mar. 13. 13 Luc. 21. 19. Hæc est voluntas Patris mei, qui misit me, ut omne, quod dedit mihi non perdam ex illo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Ioh. 6. 39. Quos dedisti mihi, pastor, custodiui, & nemo ex illis periret, nisi filius perditionis, ut scriptura impleretur Ioh. 17. 12.

96. Apostolus vero cum de electione differit Röm. 8. eidem finem nostræ fidei glorificationem includit & electos dicit esse non modo vocatos & iustificatos, sed tandem etiam glorificatos: ex quo patet quod electionis filum & cathena non abrumptatur donec ad optatum terminum deducta sit.

97. Idem Apostolus Rom. II. perspicuis verbis pronunciat: Quid igitur, quod quæsiuit Israel non est assecutus, sed Electio, ἐκλογή assecuta est. Posteaq[ue] causam addit, ideo necesse est ut electio finem suum, qui est vita æterna, assequatur, quia consilia & vocatio Dei eiusmodi sunt, quorum ipsum haudquaquam pœnitere potest.

98. Patrum de perseverantia testimonia non opus est colligere, cum Augustinus totum librum de bono perseverantiae ediderit, cuius argumentum est, quod ad prædestinationem perseverantia requiratur. Eius & hæc extat in epist. 59

H sentent.

Sententia. Non sunt in ista vocatione, de qua Paulus Rom.  
8. agit, qui in fide, quæ per dilectionem operatur, etiam si  
aliquantulum ambulent, non perseverant usq; in finem.

99. Ambrosius vero lib. 1. de vocatione gentium sequenti-  
bus scripturæ testimonij euincit perseverantiam in electio-  
ne requiri, 1. Cor. 15. 57. 1. Thess. 5. 23. 2. Thes. 2. 16. 2 Thes. 3.  
v. 1. 1. Petri 1. 10. 1. Ioan. 4. 4. 1. Ioan. 5. 4. 5. Luc. 22. 31. Ioh. 10.  
100. Hic vero iam iterum diligenter cauendum est, ne  
cum de perseverantia differimus, vel Calvinianorum fatalem  
necessitatem introducamus, vel Papistarum dubitatione  
mestram aperiamus.

*Questio 10. quomodo electi non possint seduci.*

101. Non enim ita se habet electorum in fide constantia,  
quod inevitabili fataliq; necessitatibus astricta sit, adeo ut quic-  
**Electi** quid etiam agant, qui absoluto Dei decreto electi sunt, perse-  
non inc- uerent, sed quemadmodum fides electis datur per certa mes-  
uitali& dia, ita perseverantia in fide non nisi ijsdem organis augetur  
fatali ne- & custoditur.

cessitate 102. Quando proinde Christus dicit: Pseudochristi &  
in fide pseudoprophetæ edent signa & prodigia magna, ut sedu-  
perseuer- cantur si fieri possit, etiam electi, Matth. 24. non ita accipi-  
rant. potest, quod simpliciter & absolutè hoc sit adiuuari electos  
seduci, sed quod sit impossibile ex hypothesi, ista nimis  
conditione quia Deus per Spiritum sanctum & verbum illos  
conseruat, & ipsi quoq; verbum diligenter audiunt, & pre-  
cibus instant.

103. Atq; hæc doctrina excitat in hominibus tum precandi  
ardorem, ut ex Cypriano præclare ostendit Augustinus li-  
bro de perseverantia cap. 2. tum religionis studium & pie-  
tatis exercitium: de quo Petrus ait. 2. Pet. 1. Fratres operam  
date, ut firmam reddatis vocationem & electionem vestram.  
Vnde Augustinus eodem libro cap. 20. dc se scribit, te Deo  
la pœ

sæpe in suis precibus dicere. Da quod iubes, & iube quod uis.  
Ea uerba se Pelagio opposuisse testatur, qui perseverantiam  
in nostris collocatam esse uiribus existimauerit. Ita por-  
ro ea ibidem declarat: Quid nobis, inquit, primitus & maxi-  
mè Deus iubet, nisi ut credamus in eum. Et hoc ergo ipse  
dat, si bene illi dictum est, da quod iubes.

104. Quia etiam Socordiam & securitatem hoc pacto ex  
animis hominum validissime profligare possumus, siquidem,  
ut Paulus ait, cum timore & tremore nostram salutem ope-  
rari debemus Phil. 2. Timor autem hic non seruile sed filia-  
lis est. Nam fides & perfecta dilectio seruilem meum foras  
eject, 1. Iohann. 4. ideoque Apostolus ibidem Phil. 2 illico subiicit  
verba fiduciae plenissima: Deus autem est, qui operatur in  
vobis & uelle & perficere.

Quæstio 11. Quid electi de salute dubitare non debeant.

105. Ex aduersa parte dubitationi pontificiae via quoque  
præcludenda est, quod ita sit optime cum cogitamus constan-  
tiam nostram non nostris nati infirmis uel nullis potius viri-  
bus, sed sola virtute omnipotentis Dei. Christus est Pastor  
noster, qui oves suas è manibus suis sibi eripi non patitur  
Ioh. 10. & qui opus bonum in nobis inchoauit, idem quoque  
perficiet, usque ad diem Iesu Christi. Phil. 1. Ille nos coros-  
horabit usque ad finem inculpatos in diem Domini nostri  
Iesu Christi 1. Cor. 1. & Deus pacis facit nos esse ὄλοντας ο-  
mnibus numeris perfectos & spiritu nobis largitur ὀλόνγενον  
planè perfectum, ut & anima & corpus nostrum absque culpa  
custodiatur in diem Domini nostri.

106. Quæcum ita sint tuto possumus cum Paulo dicere,  
Nulla creatura potest nos separare à dilectione, quæ est in  
Christo Iesu. Rom. 8. & scio cui credidi, & certo persuasum  
habeo, quod potens sit custodire depositum meum in illum  
diem 2. Tim. 1.

107. Ac licet electi quandoq; in peccata prolabantur & spiritum sanctum amittant ( non enim cum Beza sentimus spiritum sanctum ab electis non posse ejici ) tamen firmum manet fædus & pactum electionis ex parte Dei, in quod per pœnitentiam semper regressus est resipiscientibus. Nam si fidem frangimus, ille fidelis manet, negare seipsum non potest.

2. Tim. 2. Sicut conjugii fædus non rumpitur, licet aliquod inter coniuges interveniat iurgium & fribusculum.

108. Hinc illæ exhortationes. Qui stat videat ne cadat. Participes facti sumus Christi, si modo Principium nostræ substantiæ usq; ad finē firmū retinuerimus Ebr. 3. 2. Pet. 3. 17.

Quæstio 12. Electio finem suum, qui est vita æterna, asequitur.

109. Atq; hæc quidem de dono perseverantiae, sequitur porro, ut de fine prædestinationis dicamus, qui est æterna beatitudo, de quo ita habet Paulus Rom 8. Quos prædestinavit, eos tandem etiam glorificauit: & liber Concordiaæ verba Pauli sic explanat: Ille idem in æterno consilio suo decreuit, quod eos, quos elegit, vocauit, iustificauit, in altera æterna illa uita saluos facere & æterna gloria ornare uelit.

110. Ac quod absq; hoc fine prædestinatione definiri non possit cum ex iis, quæ de perseverantia dicta sunt, patet, tum etiam quod προοερμός ab isto ὥρᾳ & proprio fine nomen accepit. Quod Bonaventura animaduertit quando scripsit: In Deo idem sunt propositum, η προθεστ, prædestinatione προοερμός & electio η επιλογὴ secundum Rem: & differunt tantum secundum rationem intelligendi. Nam propositum notat simpliciter voluntatem faciendi, qua Deus firmiter id ipsū quod proponit facere decrevit. Electio et prædestinatione vero addunt illi decreto quandā determinationē seu modū faciendi, licet diuersimodè. Quia prædestinatione addit ordinem & directionem in finem: Sed electio adjicit discretionē sive separas.

5A. v. 1

separationem à suo opposito. Vnde propositum significat firmam voluntatis conceptionem: prædestinatione cum conceptione notat præordinationem, & electio quandam discretiōnem. Hactenus ille.

111. Monet autem hic terminus ad quid facta sit prædestinatione. Tres enim in prædestinatione metæ à scriptura posuntur, quæ non sunt confundenda. Vnde oritur electio seu causa efficiens electionis & terminus à quo est misericordia Dei, ab hac enim præcurrente & omnia operante præparamur & prædestinamur: Organa deinde & media sunt Christus in verbo & sacramentis exhibitus & fide apprehendendus. Vnde in Christo, & per fidem in Christum dicimur electi. Scopus deniq; ultimus est terminus ad quem eligimur qui unicus est vita æterna: Eam hic quidem possidemus Fide & indubitate spe, quæ minimè confundit, illic eam accepturi intuitu & plenaria perfruptione. 2. Cor. 5. 1. Ioh. 3.

112. Quando igitur propriè & ex scripturæ usu loqui volumus, non dicemus nos esse electos vel ad gratiam Dei, vel ad redemtionē, sed ex mera Dei gratia per meritum redemptionis Christi fide apprehensum ad æternam salutem. Haud aliter ac in stadio cursores non currere dicuntur ad carceres vel ad stadium, sed à carceribus per intermedium stadium ad metam. Ad quam picturam Paulus respicit 1. Cor. 9. 24.

*Questio 13 Non omnes homines sed tantum credentes  
sunt electi.*

113. Postremum definitionis membrum eos concernit qui sunt electi, de quibus ex præcedentibus non est obscurum ferre sententiam. Nam liber Concordiae non modo diserté octo gradus proprietatum, quæ electis conveniunt, enumera ut sunt 1. Redemptio per Christi meritum: 2. Vocatio vangelij, & sacramentorum usurpatio. 3. Conversio, 4. Iustificatio. 5. Sanctificatio. 6. Defensio & conseruatio. 7. Perseverantia, 8. Glorificatio: Sed insuper etiam dicit: Quod prædestinatione seu electio non simul ad bonos & ad malos fol. 770. pertinet, sed TANTVM ad filios Dei, qui ad æternam vitam

H iij

conse-

LC

pagina

773.

LC

fol. 770.

consequendam electi & ordinati sunt priusquam mundi fundamenta iacerentur: Item quod Deus in aeterno suo consilio decreverit, quod praeter eos, qui filium eius Iesum Christum agnoscunt & in eum vere credunt, neminem saluum facere velit.

¶ 14. Et cum salvator parabolam de vinea Matth. 20. 16. & parabolam de nuptijs Matth. 22. 14. concludens ait: Multi vocati, pauci vero electi, non de euentu saltem loquitur quasi Deus quidem decrevisset omnes ad vitam aeternam eligere, & quod respectu Dei diligentis & volentis omnes salvifiant, nec non ratione meriti Christi universalis, ipsa quosque electio sit universalis & omnes sine discrimine homines sint electi: Sin vero homines respiciantur, quibus electionem suam revelat Deus, quod hoc pacto particularis sit electio, illa supra applicationem hae*c* infra, illa *κήρυξη* hae*c* *χείρες*.

¶ 15. Nam hoc commentum scriptura luculentissime refutat. Paulus 1. Cor. 1. Non de euentu sed de diligentis Dei consilio loquitur: Attendite fratres vocationem vestram: Non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed stultos mundi elegit Deus.

¶ 16. Sed cum de hac tota controversia altera disputatio ne agendum sit, ideo abrumpemus hic filum, postquam explicata est praedestinationis definitio.

## FINIS.

### Errata sic corrigere

Capitis secundi

Thesi 5. pro præscientiaæ fac præscientiæ.

Thesi 23 bis positum coniunctim ad ad dele posterius.

Thesi 29 pro, voluntas & facultas, scribe voluntas est etc.

Thesi 51 pro, ea, qua scribe ea, quæ: Item pro, quæ certas, qua certas: Item pro odo, odio,

Thesi 56 pro tu, fac, ut, null non oibola non orientibet.

Thesi 62. pro, volunt pone nolunt.

Thesibus

Theſibus à 70. usq; iterum ad 70 numeri perperam poſti  
usq; ad finein capitī ſunt mutandi.  
Theſi 68 altera, pro ſemel pone ſemei.  
Theſi 73 pro, alius item, fac, aliud item. Item pro adtribuit,  
lege adhibuit. Item pro ſiue, lege, indignationis ſuæ.

Capitis tertij.

Theſi 23. pro, ante hæ, lege, ante hæc.  
Theſi 30 pro τυπκῶς pone, τυπικῶς.  
Th. 38. Proximus lege proximum.  
Th. 46. pro, & dicente, lege ut dicente.  
Th. 89. pro respecta lege respectu.  
Reliqua leviora quilibet potest corrigere.





99A 6905

ULB Halle  
002 824 817

3



56a





**Farbkarte #13**



PRO SANCTISSIMO  
LIBRO CHRISTIANÆ  
CONCORDIAE.  
DISPUTATIO DECIMA SEXTA  
qua est de Prædestinatione sanctorum  
prima, Trium capitum.

- I. An & quomodo de Prædestinatione sit disputandum.
- II. De vocabulis Electionis, Prædestinationis, vocationis, Voluntas, consilij, decreti, reprobationis, permissionis, desertionis.
- III. Quid sit Prædestinationis & quæ ad integrum eius definitiōnem requirantur.

De quibus  
**PRÆSIDE SALOMONE GESNERO,**  
S. Theologiæ D. & Professore, ad diem VI. Iunij  
Anno 1595.  
Respondebit publicè  
**M. IOHANNES KAVFFMANNVS**  
Norimbergensis, Diaconus Ecclesiae VVittebergensis.



VVITEBERGAE,  
Typis Zacharia Lehmanni Anno M. D. XCV.